

DE LINGVA Græca, eiúſque dialectis omnibus Libri V.

Authore MARTINO RVELANDO Friſingenſi.

AD LECTOREM.

Habes hic, Lector, Opus nouum abſolutiſsimũ ex pleriſq; omnibus tum antiquiſsimis Græcis, tum recentiorum optimis Grammaticis accuratiſsimè conditum, ita ut unus de omni re Grammatica codex inſtar plurimorum, ne dicam omnium, tibi ſit futurus. Tradit autem ordine & methodo in ſingulis Dialectis, communi primùm, eaq; copioſe, deinde cæteris, breuius quidem, ſed fuſius quàm hactenus à quoquam ſit factum, Orthographiam, Etymologiam, Syntaxin ac Proſodiam.

TIGVRI, APVD [redacted]

& [redacted]

M. D. LVI.

[redacted]

AD NOBILES PARITER AC ERUDITISSIMOS ADOLESCENtes RAPHAELEM & GODEFRIDUM Seileros, magni illius Medici Doctoris ac Physici Augustani GERIONIS SEILERI filios, Martinus Ruland Frisingensis, de Quinque Græcorum linguis.



PAVLVS ille maximus apostolus CHRISTI cum enumerat suis Corinthijs dona, quæ Spiritus Dei sacer in omnibus operatur hominibus, meminit & linguarum seu idiomatum interpretationis: eam'que haud leuidense Spiritus sancti munus esse credit. Admonet porrò, ut omnia ista dona nō auidè solùm expetamus: sed etiam alijs ea assecuti summo studio, summa'que diligentia libenter impartiamur. cui & Christus uehementer, additis insuper minis, astipulatur, cum ait: quòd acerbissima pœna seruum illum malum, & ei diffidentem, utpote qui uel ex uno tantùm talento lucrum suo domino grauatus esset comportare, sit afflicturus. Verùm quando & mihi aliquam gratiam à Deo optimo maximo datam sentio iuuandi alios: non ego minimè peccare uiderer, si nō & alios hac (licet tenuissima) uti & concederem & adiuuarem. Cuius itaque impulsu hoc onus portandi mihi sim passus impo[redacted] opinor, doctissime R[redacted] mi optime GO-

Herc. Montij. liber.

DEFRIDE. non enim laudis ac honoris mei, ſed ſummi Dei cupidè hanc eandem docendi ſum uiam ingreſſus. Operis autem huius de Quinque Grçcorum linguis ratio hæc eſt. Diſpoſui hoſce libros in ordinem quàm fieri potuit facilimum, & iuuentuti prorſus accommodatum. In primo autem libro omnia, quæ ad reliquas linguas propriè ſpectare uidebam, prætermiſi: quò haberent adoleſcentes omnia unum in ordinem redacta, quæ ſuæ cuiuſque ſint linguæ. Atque non habebam in animo quicquam de communi conficere lingua: cum ſciebam alios longè melius, multoq́ue doctius ſcripſiſſe de ea. Re uerò accuratius perpenſa, exiſtimabam ſine hac reliquas facile, ne dicam omnino, percipi non poſſe: hoc autem libro breuiter perſcripto, eo faciliorem, breuioremq; in reliquis poſtea libris fore tractationem cogitabam: nec minus tandem cohortabatur multorum, qui hanc linguam tradidere, obſcuritas, nec non multarum rerum dubitationes ac rixæ. Quare niſi de his cauſis fuiſſem adductus, nequaquam hunc librum attigiſſem. Omnem autem operam in hoc impendi, ut iuuentuti ſoli prodeſſem in ſingulis libris. Conuerti ideò quicquid eſt Græci per omnes libros, ut facilius ea quæ dicuntur capiantur. Deinde ſunt non pauca, de quibus hactenus aut dubitarunt, aut rixati ſunt Grammatici: quæ non ex meo, ut aiunt, cerebro, ſed ex ipſorum Grçcorum magna diſſolui & expoſui diligen[redacted] facilitate. [redacted]re profiteor non me, ſed ipſos Grçcos in nonnullis a recentioribus noſtris Grammaticis diſſentire. Idcircò non in me iacies con

uicia,

uicia,qui dices:En homunculum ineptum, qui melio ra uult in mediũ proferre, quàm à nostris hodie sunt factitata? egóne meliora proferrem? melior haberer? doctior uiderer? inaudita scribere iudicarer? Deus mihi hoc omen auertat.non ego,sed ipsi Græci proferant: non ego, sed Græci meliores habeantur: non ego, sed Græci doctiores uideantur: non ego denique, sed Græci inaudita Homeromastigibus illis scribere iudicentur. Siquidem ex istis, Chalcondyla, (dico) Chrysolora, Gaza, Lascare, Tryphone, Moschopolo, Hephæstione, Aristophane, Constantino, Plutarcho, Ioanne Grammatico, Corintho, & aliis eiusdem classis tantummodo Græcis, ueluti primis ac certis autoribus mea sunt deprompta, & faciliore intellectu confecta. Sed rursum obiicies tu conuiciator conuicium, cur mea esse hæc, audeam dicere, cum tamen à Græcis sint profecta? fateor, Zoile nequam, Græcos horum esse inuentores: at ego, eorundem cum sim interpres & explicator, mea esse aliquo modo sentio. Hæc cum ita sint, nunc ad sequentes quoque libros purgandos descendam. In iis omnibus libris cõgessi quæcunque potui inuenire apud autores, qui uel usi sunt eis loquendi modis: uel scripsere de eis. non potui autem (quanquam libenter fecissem) ad omnia subiungere exemplà, seu autoritates, τὰ μὴ ἂν γενέσθαι πλίαν τό, τε μέγεθος καὶ τὸ μῆκος τοῦ βιβλίου· ἐπεὶ μὴ ἐγγενέσθαι μοι σχολήν. at sufficiet, credo, quòd suę cuique dialecto suos adiunxi autores, qui ea aut uernaculi, aut ascitii sunt usi. Quocirca qui uel autoritatem, uel exempla eorum, quæ ibidem dicuntur, desi-

 deret,

deret, legat eos autores, reperiet affatim omnium illorum, quę dixi, exempla. Sed hæc ad alios: nunc ad uos me conuertam, quibus hunc meum laborem non penitus ingratum fore arbitror. Primùm autem tecum, mi optatissime RAPHAEL, quod opus est, agã. Cum mos postulet antiquus, ut, quod scribimus, non ijs dicemus, qui propter maiorem eruditionem uel parum, uel planè nil commodi capere possunt ex eo: sed illis potius, qui & ętate & intelligentia ad id primùm parati se applicant, aut aliquando applicare se studẽt: iniquum mehercule iudico, quòd tuam eximiam, & illustrissimam, omniúq; egregiarum uirtutum, ac optimarum artium genere ornatissimam indolem hac tenui ac inope mea πραγματείᾳ τῇ ὄντως οὔσῃ εἰκαίᾳ τε, καί σοι μάλιστ' ἀκμαζούσης νυνὶ συνέσεώς τε καὶ πάσαις τέχναις τελείως κατηρτισμένης ἡλικίας ὑπάρχοντι, πάμπαν ἀχρήστῳ, & obruam, & obscurem. Posses enim, quod & fecisti cum magno tuo honore ac laude, meliora multo conscribere istis: quandoquidem non huius solùm, sed aliarum etiam plurimarum linguarum te peritissimum esse constat. Quid enim tibi cum Latinis non est commune? quid non cum Græcis? quid non cum Hebræis? מַה בִּיטוֹתִי בְּסִפְרְךָ וַאֲבִיךְ quid non denique cum Gallis? (nam de Germanis non dicam, quibus cum es honestissimè tum procreatus, tum & optimè educatus) ab his, inquam, nónne repentè magnam et admirabilem omnium artium ac doctrinarum arripuisti cognitionem? nónne iuris quoq; nunc tantam quotidie tibi comparas peritiam, ut mirentur omnes qui audiunt? Possem iam & alias tuas egregias enarrare uir-

re uirtutes, nisi uel antea clariores essent luce, uel me Gnatonis hac in re personam (quam tamen magnopere odi) sustinere putares. At nunc causam ob quam hoc opusculum tibi uoluerim concinnatum, aperiam. GERION SEILER parens tuus nobilis, homo singulari & propè incredibili pietate ac fide, summaque uir doctrina, medicinę item utriusque Doctor celeberrimus, ad quem unum omnis hominum cursus est atque refugium. Nam quis magnam eius, τὴν πρᾶξιν λέγω, non desiderat? quis fidelitatem eius, beneuolentiamque in ualetudine non exoptat? quis rebus aduersis huius auxilium nō implorat? quis denique eiusdem φαρμάκων τῶν τε ἠπίων, καὶ πάνυ μᾶλλον ἐσθλῶν εἴς τε τὴν τοῦ τε σώματος, καὶ τῆς ψυχῆς ἰᾶσθαι νόσον non fruitur? & quid multis? hominem (attamen noli putare mi RAPHAEL me tuis hæc auribus dare, cum res ea loquitur ipsa) occidat oportet, qui huius ope priuetur. is, inquam, me posteaquā rogasset, ut te, tuumque GODEFRIDUM fratrem ad meos adiungerem sermones, uobisque totos adscriberem, dicto illi perlibenter audiēs fui. Quare hoc munus tibi à me comparatum mihi potius sit adiumento, non tibi. fuerit enim perinde ac propugnaculum quoddam propter admirandam tuam doctrinam, & ingentem autoritatem: quo nempe propugnaculo facile omnes mei hostes ac obtrectatores propulsabuntur & prosternentur, ita ut opus hoc tibi à me extructum perpetuò firmum atque integrum stare ac permanere tutissimè possit. sit deinceps & uinculum, quod nos in reliquum ueræ conciliandæ amicitiæ gratia spiritu cōiungat, & olim etiam

ipso corpore coniunctius constringat. sit postremò significatio quoque meę erga te, patremq́ tuum optimum beneuolentiæ, ac summæ obseruantiæ. Sed redeo nunc ad GODEFRIDVM fratrem tuum suauissimum: quem mirificè diligo propter summum ingenium eius, summamq́ doctrinam, & in primis quòd spem mihi affert non exiguam maximæ probitatis ac modestiæ. Tibi itaque mi charissime, ac bonarum literarum studiosissime Godfrid, καὶ ἄλλοις τοῖς μειρακίοις, καὶ νέωσι τοῦ μαθήματος τοῦ ἑλληνικοῦ, ἢ καὶ τοῦ ῥωμαϊκοῦ ἀπτομένοις profuturum hoc tibi magno labore elaboratum opusculum puto. Quia Latinæ linguæ fundamẽta nunc iecisti firmissima, & certè mirè suspiciẽda: cœpisti etiam Græci sermonis ponere satis stabilia sub pręceptore tuo MAXIMILIANO SEMANNO, ualde erudito, ac supra modum pietatis studioso homine: is cum non intermittat te cohortari & impellere, quò indies discendo, exercendoq́ longius procedas: cum item animi tui, ingeniiq́ tantę sint dotes, ut iamiã & ipsam ętatem ac naturã mirè superare uideantur: non dubito, quin tandem ad parem cum fratre tuo fortunam, honorem ac eruditionem perueneris. Ad hoc autem, ut te quoque promouere ac incitare quodammodo possim: do tibi munusculum hoc καὶ δημιούργημα χειρῶν τῶν ἐμῶν, ποίημά τε καὶ γέννημα τῆς εὐνοίας τῆς τε ἐμῆς τῆς ὡς σε ψυχῆς: quod si diligenter peruolueris, statim senties tibi maximè hoc fore adiumento, & ad altiora contendendi studia, hoc est, ad cognitionem omnium autorum Græcorum, qualiscunq́ tandem sint idiomatis atq́ gentis Gręcię. Nunc quod superest,

est, rogo ac obsecro uos clarissimi adolescentes & fratres germani, RAPHAEL & GODFRIDE, ut æquo animo suscipiatis quod offero: ignoscatisq; si in hoc fortassis ἀμουσότερος, aut ἀσχημονίστερος uobis uidear. Deus opt. Max. conseruet, adaugeat, atq; perducat animos uestros, ingenia atq; studia ad finem gloriæ ac maiestati suæ, uobis, aliisq; bonum, utilem atq; honestum. Bene ualete. Augustæ, calendis Martiis, Anno

M. D. LV.

[redacted] reatus poeta Lectori.

[redacted]

CAPITA LIBRI PRIMI.

De linguæ Græcæ partitione,
De lingua communi,
De Orthographia,
De Etymologia,
De syntaxi,
De Prosodia, & ratione accentuum, & Græcorum scribendorum carminum.
} omnia absolutè conscripta.

CAPITA LIBRI SECVNDI.

De lingua Attica,
De eiusdem { Orthographia, Prosodia, Etymologia, Syntaxi,
De eiusdem uocabulis proprijs,
De eiusdem figuris,
De eiusdem mensibus, eorumq; singulorum dierum appellatione,
De lingua Chalcidica,
De Bœotica,
De Cypria,
} perfectè omnia tractata.

CAPITA LIBRI TERTII.

De lingua Ionica,
De eiusdem { Orthographia, Prosodia, Etymologia, Syntaxi.
De uocabulis eiusdem proprijs.
De eiusdem figuris,
De lingua Thessalica,
} diligenter omnia congesta

CA.

CAPITA LIBRI QVARTI.

De lingua Dorica,
De eiusdem { Orthographia, Prosodia, Etymologia, Syntaxi,
De uocabulis eidem proprijs,
De eiusdem figuris.
De lingua { Sicula, Cretensi, Tarentina. Rhodiana, Lacedæmonica, Laconica, Macedonica, Thessalica.

} omnia accuratißimè collecta.

CAPITA LIBRI QVINTI.

De Aeolica lingua,
De eiusdem { Orthographia, Prosodia, Etymologia, Vocabulis, Tropis.

} omnia accuratè composita.

Epistolæ singulis idiomatis conscriptæ.

MAR-

MARTINI RVELANDI DE COMMVNI GRAECORVM LINGVA

Liber primus.



RAECAE linguę cognitionē & apertā & simplicē tradituro primū id curę mihi esse debere arbitror, ut quo nomine Gręcorū lingua appelletur, ostendā: quid sit, deinde: tum quot eius sint species: quæq; tandem cuiusq; speciei ac linguæ sit propria natura. Nominant igitur Græci linguam suam γλῶσσαν, διάλεκτον & ἰδίωμα. quarum uocum non est una eademq; uis. γλῶσσα enim, quod est uocabulū maximè generale, sermonem ac linguam cuiq; nationi, eiq; uniuersæ communem & propriam significat. διάλεκτος uerò, siue (ut quidam nominant) διάλεξις, minus uulgaris uox esse uidetur. orationem enim scitam, disertam & emendatam, siue ea natura, siue aliū de usu sit percepta & acquisita, significat. differt enim ab alio sermone ac uoce, quæ non rectam atq; elegantem διάρθρωσιν τῆς φωνῆς (ut inquit Aristoteles) habet. ἰδίωμα autem contractius illis superioribus est uocabulū: & denotat proprietatem sermonis & linguæ singularem, & tanquam uni regioni ac populo propriam: ut, Idioma est Atticum, Ionicū, et reliqua: Sed horum nominum distinctio non obseruatur. confundunt enim Græci sæpius uocabula ista.

γλῶσσα. διάλεκτος ἰδίωμα.

QVOT SINT GRAECORVM LINGVAE.

MAgna & ampla erat olim Græcia: quare multa & uaria in ea fuisse idiomata, constat. Fuerunt enim eo tempore linguę pręcipuę, elegantes ac usitatæ quinq;: Communis utpote, Attica, Ionica, Dorica, & Aeolica. quibus annumerantur & istęà nōnullis: Chalcidica, Bœotica, Cypria, Pamphylica, Sicula, Rhegina, Cretensis, Tarentina, Rhodiana, Lacedæmonica, Argiua, Laconica, Libyca, Macedonica, Syracusana, Thessalia: quæ cōformes sunt superiorib. fereq; cōueniunt in sermone. Priores enim quatuor, Atticū fuisse sermonē, nō quidē omnino, sed ex parte, probat ex Libanio Sophista, Demosthene, ac ijs. Reliquę postea undecim ad Doriensium proximè accesserunt linguam. differunt tamen (ut & Corinthus testatur) in nō-

nullis, quæ Doricæ linguæ in tertio libro subiunximus. Postremã uerò, quę est Thessalica, ad Ionum simul & Dorum idioma pertinire, affirmat Trypho. Sed de his suo loco. nũc de communi dicendum, sine qua ad reliquas aditus facilis patefieri nõ potest. hac enim rectè percepta, cæteras faciliori negotio poterimus intelligere.

DE LINGVA COMMVNI.

Communis lingua qd. *Collectitia.* Est igitur κοινὴ διάλεκτος, hoc est cõmunis sermocinatio, qua communiter ac uulgò omnes, etiam reliquæ Gręciæ partes, suis cum idiomatibus utebantur. Dicitur hæc Collectitia, propterea quòd ex cæteris usu quodammodo sit collecta. Quoniam uerò literæ principia sunt (ut inquit D. Halacar.) uocis humanæ, perfectæ atque indiuiduę: igitur eam melius ac perfectius pueri non discent, nisi primùm cognitionem habeãt Orthographiæ, quæ exactissimam elementorum continet rationem: deinceps Etymologiæ, & absolutæ cùm declinandi tum coniugandi rationis: postea & συντάξεως, ac rectæ dictionum compositionis: postremò ipsius προσῳδίας, id est rectę uocum pronunciationis. Quas partes ordine persequemur: & primùm, quæ ad Orthographiam pertinent, trademus.

DE LITERIS GRAECORVM.

Continet autem Orthographia literarum rectè & scribendarum & cognoscendarum rationem. Literæ uerò apud Græcos quot sint, dubitarunt etiam uetustissimi (ut refert D. Halacar.) Græcorum. Quidam enim 13. tantum uocis elementa fuisse putarunt, & reliqua ex his cõfecta. Alij uerò 16. principiò fuisse affirmarunt, α, scilicet, β, γ, δ, ε, ι, κ, λ, μ, ν, ο, π, ρ, σ, τ, υ. & hæc *Inuentores literarum.* Caium Myllesium regem Phœnicum ex Phœnicia protulisse, inquit Plinius. hunc eundem & Suidas Græcarum literarum inuentorem approbat. Ad ista autem postea annexa sunt & reliqua. Palamedes enim Nauplij Hebræi regis filius φ, χ, θ inuenit. Et Simonides longas η & ω, ac duplices ζ, ξ, ψ. Fuerunt præterea qui opinati sunt extitisse elementa plura his 24, quibus nunc utuntur Græci. Sed nos nec plura nec minora apud Græcos inuenimus elementa, quàm ea quæ ubique extare uidemus. Sunt autem hæc,

I. Figuræ.		II. Nomen.		III. Poteſtas.	*Accidentia literarum tria.*
Maiuſcula-rum.	*Minuſcula-rum.*				
Α	α ω	ἄλφα	alpha	a, interdũ e, i, o, u, et ę.	
Β	β ϐ	βῆτα	uita	u conſonans, f, ph, b.	
Γ	γ ɼ	γάμμα	gamma	g, item n.	
Δ	δ ẟ	δέλτα	delta	d, interdum, b, l.	
Ε	ε	ἐψιλόν	epſilon	e breue.	
Ζ	ζ ϛ	ζῆτα	zita	z, ſſ, ſd.	
Η	η ŋ	ἦτα	ita	i longũ & e, a longũ.	
Θ	ϑ θ	θῆτα	thita	th, t, d.	
Ι	ι	ἰῶτα	iota	i	
Κ	ϰ κ	κάππα	cappa	c, q, item g.	
Λ	λ	λάμβδα	lambda	l.	
Μ	μ	μῦ	my	m.	
Ν	*ν medij loci.* *ν finalis.*	νῦ	ny	n.	
Ξ	ξ	ξῖ	xi	x.	
Ο	ο	ὀμικρόν	o micron	o paruũ, & u uocalẽ, (item e.	
Π	ϖ π	πῖ	pi	p, ph, b.	
Ρ	ϱ	ῥῶ	rho	r.	
Σ	σ ς	σῖγμα	ſigma	σ, aliquando t.	
Τ	τ ϒ	ταῦ	tau	t.	
Υ	υ	ὑψιλόν	y pſilon	y, etiam u & o	
Φ	φ	φῖ	phi	ph, f, b.	
Χ	χ	χῖ	chi	ch.	
Ψ	ψ	ψῖ	pſi	pſ, bs.	
Ω	ω	ὠμέγα	o mega	o magnum.	

Alphabetum Græcum iuxta ordinem Latini alphabeti diſpoſitum: quo diligenter inſpecto, ſtatim Gręcè legere, ac quamuis linguam literis Gręcis pingere quis ſciet. Nec enim aliter hic literas ipſas colliget, leget ac ſcribet, atq; in Latina di dicit Grammatica.

Alphabetum			Alphabetum		
Latinum magnum.		*Græcum magnum.*	*Latinum paruum.*		*Græcum paruum.*
A		Α	a		α ∞
B		Β	b		β ϐ
C		Κ	c		κ ϰ
D		Δ	d		δ
E		Ε	e		ε
F		Φ	f		φ
G		Γ	g		γ
H		*Supra literā* Ἁ Ha, Ἑ He, Ἡ Hi &c.	h		*Supra literā* ἁ ha, ἑ he, ὁ ho &c.
I		Ι, Η. *sic.*	i		ι, η
K	*Litera literæ ex aduerso in ualore respōdet.*	Κ	k	*E regione respondēt græcæ literæ latinis.*	κ
L		Λ	l		λ
M		Μ	m		μ
N		Ν	n		ν
O		Ο, Ω	o		ο
P		Π	p		ϖ, π
Q		Κ	q		κ
R		Ρ	r		ρ
S		Σ	ſ		σ, ς
T		Τ, Θ	t		τ ϑ
V		ΟΥ	u & w Ger.		ου, ſed u com. β.
X		Ξ	x		ξ
Y		Υ	y		υ
Z		Ζ	z		ζ, ζ

Vocales

Latinæ		*Græcæ*
a	Reſpondēt Græcè	*α*
e		*ε*
i		*ι, υ, η*
o		*ο, ω*
u		*ου*

Diphthongi

Lat.		*Græc.*
æ	Correſpondent ualore	*αι*
œ		*οι*
au		*αυ*
eu		*ευ, ου*
ei		*ει, ι*

Nota. Cęterùm ſi quę inter legendū occurrāt pręter has, literæ, eas aut in præcedēte inuenies alphabeto, aut in ſequētib. uel diphthōgis, uel abbreuiationibus.


Sed

Sed nunc, quomodo Græcè appellantur literæ, dicendum. Nominant uerò duobus uocabulis eas: γράμματα, id est literas: & στοιχεῖα, hoc est Elementa. γράμματα eò dicuntur, quòd ceu lineis quibusdam & tractibus (ut inquit Halacar.) significantur ac depinguntur. Non enim fortuitò connectuntur inuicem ad constituendam syllabam: sed serie atque ordine incedunt ueluti linea quædam. στοιχεῖα uerò dictæ, quòd omnis dictio primũ suum ex his capit principiũ, et postremò in has rursum dissoluitur. Constituũt enim literæ inter se cõpositæ uocẽ, quam deinde in easdẽ literas resoluũt, perinde ut elemẽta mũdi corpus. Γράμματα. Στοιχεῖα.

Porrò quæ prima & natiua omnium literarum sit uirtus atque potestas, non breuem requirit tractationem explicandi. Attamen hanc scire si quis cupiat, legat libellũ D. Halicar. περὶ συνθέσεως ὀνομάτων, ibi literarum exactã reperiet uim atque naturam. Iam quomodo omnes literæ ordine diuidantur, docendum.


DIVISIO LITERARVM.

Literæ primùm secantur in uocales & consonantes. Vocales sunt septem: α, ε, ο, ι, υ, η, ω. Dicuntur Græcè φωνήεντα, quod Latinè dicimus uocales: eò sic dictæ, quòd per se uocem perficiant, & cum reliquis sonent. Vocalium porrò aliæ sunt longæ, η, & ω. aliæ breues, ε & ο. alię communes, seu ancipites, α, ι, υ. Quomodo istæ dicantur Græcis, & quare sic appellatæ, infrà, ubi περὶ τῆς προσῳδίας agimus, copiose explicatᵉ. Partimur autem istas iterum in mutabiles & immutabiles. Mutabiles sunt tres: α, ε, ο: ita dictæ, quia si fuerint ab initio alicuius uerbi, tum mutantᵉ in præteritis. α enim & ε in η, ο in ω mutatur. Hæc mutatio fit & in penultima syllaba futuri primi in uerbis contractis. Ibi enim eodem modo, α, ε in η, ο in ω transit. ut, ποιέω in futuro ποιήσω, βοάω, βοήσω. χρυσόω, χρυσώσω. Immutabiles uerò sunt 4. η, ω, υ, ι. sic nominatæ, quòd non mutantur in præteritis uerborum, si in eorum capite reperiantur. Restat & alia uocalium diuisio, propter ipsas dipthongos inuenta. Sunt enim aliæ præpositiuę, aliæ postpositiuæ, seu subiunctiuæ. Præpositiuę sunt, α, ε, η, ο, ω. hoc nomen sortitę, quoniam si præponantur subiunctiuis, singulis singulæ faciunt ex se diphthongos. Subiunctiuæ, quarum sunt duæ, ι & υ: dictæ sunt, quòd prępositiuis postpositę aut subiunctæ, conficiant diphthongos, ut hic: Diuisio literarum. Diuisio uocalium. Subdiuisio uocalium. Mutabiles. Immutabiles. Alia subdiuisio. Præpositiuæ. Postpositiuæ.



Constituunt autem quædam præpositiuarum dipht. tantum proprias, ut, ι, ει, ευ. item ο, οι, ου. quædam improprias solas. ut η & ω. faciunt enim ηυ, ῃ, ωυ, ῳ. quædam proprias & improprias simul, utpote α, facit αι, αυ: & unam impropriam, ᾳ. Cæterùm υ, uocalis subiunctiua fit & præpositiua, & facit dipht. impropriam, si suæ præfigatur subiunctiuæ, hoc modo. υι, υἱός, μυῖα, τετυφυῖα, & alia infinita. Hæc de uocalibus, nūc ad diphthongos.

Dipthongi. Conflantur enim ex uocalibus septem, dipht. duodecim, quæ diuiduntur bifariam, in proprias & in improprias, sic.



Propriæ. Dicuntur autem sex dipht. propriæ, quia propriam & naturalem postulant pronunciationem: eo enim modo, quo scribuntur, proferuntur. Impropriæ autem, quòd impropriè & κατὰ καταχρηστικῶς abusiuè nomen diphthōgi sunt sortitæ. Non enim ueram atque natiuam diphthongi habent pronunciationem: sed instar simplicium uocalium proferuntur. Quapropter uerè diphthongi non sunt: cum propriè dipht. sit geminus fermè sonus unius syllabæ compositæ ex duabus uocalibus, quibus coniunctis cuiuslibet proprius sonus nōnihil auditur. quod certè in improprijs fieri non uidemus.

Impropriæ.

Diphthongus quid.

Sed

Sed notandum, quod Impropriarum non eadem sit natura: quædã enim ἄφωνοι, hoc est, ἄνευ τῆ φωνῆς absq; uoce sunt diphthongi penitus, ut ᾳ, ῃ, ῳ. nam scribuntur quidem, sed non aliter proferuntur, ac uocales istæ simplices α, η, ω. Et inuentæ sunt dipht. illæ tres ἄφωνοι causa necessitatis, uel breuitatis, uel denique uenustatis. Sed de his plura in sequentibus. Quædam prę terea impropriarum κακόφωνοι sunt, id est male sonantes: quarũ sunt tres, ηυ, ῃ, ωυ. istæ enim diphthongi quidem sonum edunt, sed tamen durum ac auribus iniucundum. habent enim sonantiam & uocem malam respectu cæterarum suauiorem habentium pronunciationem. Prima uerò illa ηυ recepta est necessitatis gratia: fitq; modò ex αυ, modò ex ευ, quod patet in mutatione temporum eorum uerborum, quæ primam initialẽ habent αυ uel ευ. ut αὐξάνω augeo, commutato præsenti in imperfectũ, fiet ηὔξανον augebam, αυ in ηυ conuerso. Item εὔχομαι opto, ηὐχόμην optabam. Sed hic ευ in ηυ tantum mutatur Atticè. de quo in libro secundo. *Diuisio Impropriarũ. ἄφωνοι. κακόφωνοι De ηυ.*

At ῃ conflata est ex η & ι, & ualet i longum. ut τυφῇ, percutiens, & similia. *De ῃ.*

ωυ, componitur ex ου, ο breui mutata in ω longam, fit inde ωυ. qua communis lingua non utitur: sed ad Ionicam pertinet. de qua plura in tertio libro. *De ωυ.*

Obseruandũ præterea, φ istæ dipht. sæpe resoluũtur diuisione in suas, ex quibus constitutę sunt uocales, hoc pacto: παῖς puer, resoluta αι dipht. diuisione, id est duobus in capite pũctis fit αϊ, πάϊς ex monosyllabo dissyllabum, sic εὔζωνος bene accinctus, ἐΰζωνος. ῥᾴδιος, facilis ῥαΐδιος, et reliquas apud Poëtas passim repertes diuisas. *Annotatio.*

Superest adhuc, ut has dipht. partiamur iterum in mutabiles, quarum sunt quatuor, tres propriæ αι, αυ, οι. & una impropria ᾳ, quæ in ῃ transit: & in immutabiles, nimirum proprias, ει, ευ, ου. de quibus suo loco. *Alia dipht. diuisio.*

DE CONSONANTIBVS.

RElıquæ literæ omnes pręter uocales sunt consonantes, & diuiduntur primũ in Mutas & Semiuocales. Mutæ sunt nouem, β γ δ π κ τ φ χ θ. Dicuntur Gręcè ἄφωνα, quòd per se nõ habeant uoces perfectas, nec semiperfectas, (ut sic dicam) sed cum reliquis sonent. Muta-

Mutarum ordo.

Mutarum aliæ sunt	Tenues	π	κ	τ
	Mediæ	β	γ	δ
	Aspiratæ	φ	χ	θ

Tenues ψιλὰ dictæ, quia proferuntur absque sibilo & aspiratione. Mediæ uerò μέσα, quòd mediam habent naturam inter tenues ac aspiratas. Non enim prorsus carent aspiratione, nec prorsus eam possident. β enim mediam in sono habet naturam inter π & φ. & γ mediam inter κ & χ habet. δ uerò mediam inter τ & θ. hoc est, δ non prorsus sonat ut τ & θ. sed medio quodammodo sono.

Aspiratæ, δασέα, quia omnino cum sibilo proferuntur & spiritu denso.

Mutarum usus.

Ista porrò Mutarum oppositio & ordo fit ea de causa, quoniam propter illarum affinitatem una in aliam sæpissimè transit, ut fieri solet in apostrophis, uerborum coniugationibus & declinationibus nominum. ibi enim tenues ponuntur pro aspiratis, ac rursus aspiratæ pro tenuibus. ut, νύκτα ὅλην, νύχθ᾽ ὅλην, per apostrophum mutatur τ & κ propter aspirationem sequentem in aspiratas θ, & χ. Sic in uerbis ἀφικνοῦμαι pro ἀπὸ ἱκνοῦμαι, π in φ conuertitur, per compositionem.

Mediæ autem non mutantur in alias, utpote uel tenues uel aspiratas, sed manent, etsi sunt ante aspiratas. ut, ἐγὼ δ᾽ ἥκω δήγ᾽ ὡς σε. ego uerò uenio quidem ad te. Hic δ & γ manent mediæ.

Conducit præterea hic ordo mutarum ad distinguendas coniugationes. nam primus ordo contrariorum primam coniugationem constituit, secundus secundam, & tertius tertiam; & si addantur duplices, harum coniugationum habes quoque futura. Primæ enim ψ erit, secundæ ξ. tertiæ σ. quod soluitur ex ζ hoc modo.

Coniugatio.

	Prima.		Secunda.		Tertia.	
Tenues	πω	Futurū ψω.	κω	Fut. ξω.	τω	Fut. σω.
Mediæ	βω		γω		δω	
Aspiratæ	φω		χω		θω	

Semiuocales.

Hæc dicta sint de mutis: reliquæ sunt semiuocales, quarum sunt octo, ζ, ξ, ψ, λ, μ, ν, ρ, σ. Dicuntur Græcè ἡμίφωνα, Latinè Semiuoca-

miuocales, quia cum uocalibus meliorem ac clariorem edunt sonum: per se uerò sonum habent peiorem ac imperfectiorem.


Diuidunt̃ in Duplices ac Liquidas seu Immutabiles. Duplices διπλᾶ nominatæ sunt, quia duarũ consonantiũ uim habent, & in eas sæpe resoluuntur. Sunt autem tres ζ, ξ, ψ. Valet enim ζ, si dissoluatur in eas, ex quibus conflata est cõsonantes, σδ, σδ, Doricè, & ττ Atticè. Vt pro συρίζω fistula cano, συρίσδω dicunt Dores. Et Ἀττικίζω resoluto, fit Ἀττικίσδω & Ἀττικίττω, id est Atticos imitor. [Margin: Diuisio semiuocaliũ. Duplices.]

ξ ualet κσ, γσ, et χσ; et hoc patebit in genitiuis quintę declinationis. Vt, θώραξ thorax, in genitiuo θώρακος, ξ in κσ dissoluto. Sic in γσ dissoluit̃, ut ἅρπαξ rapax, ἅρπαγος, genitiuus resoluit ξ in γσ, interposito ο. In χσ, ut θρὶξ capillus τριχὸς, & sic alia. ψ uerò dissoluit̃ in πς, ut ὤψ uultus, ὠπός. Aliquãdo in βς, ut ἄραψ, Arabicus, ἄραβος. Quãdoq; in φς, ut κατῆλιψ scala, κατήλιφος in genitiuo, interiecta semper uocali ο. Hactenus Duplices: nũc Liquidas uideamus, quas Græci nominant ὑγρὰ & ἀμετάβολα, q̃d nos dicimus Liquidas & Immutabiles: propterea q̧ syllabis cõiunctę liquescant, & eas cõmunes efficiant, dictæ sunt ὑγρά. ἀμετάβολα uerò, quoniã in formationib. uerborũ non mutant̃, ut ψάλλω cano, ψαλῶ in futuro. νέμω tribuo, νεμῶ: κρίνω κρινῶ, iudico: σπείρω semino, σπερῶ seminabo. Neq; in declinationib. nominũ, ut νέστορος, νέστωρ, Nestor. ἕλλην, ἕλληνος, Grę̨cus. Sunt ergo istę Liquidę quatuor, λ, μ, ν, ρ. Et σ, quod μονόδικον, id est sui iuris ac potestatis dicitur. Alij ἄσημον appellant, hoc est sine nota & signo. Nullam enim notam habet alicuius consonantis: proinde nec Muta, nec Duplex, nec Liquida esse potest. Quare hãc literam ueteres rejciebant: eaq; aut rarò, aut nunquam prorsus (ut refert Halacar.) utebantur: ingrata enim & iniucunda est auribus. [Margin: Liquidæ. σ, μονόδικον.]

Postremò ex consonantibus aliæ præpositiuæ sunt, ut positæ quæ nunquam in fine dictionis, nisi barbaræ, ponuntur: ut sunt Aspiratæ, Tenues ac Mediæ, item Immutabiles λ, μ. & Duplex ζ. [Margin: Secũda diuisio cõsonantium.]

Aliæ deinde Subiunctiuæ sunt, ut quæ in dictionis fine ponuntur, & sunt ν, ρ, σ, ξ & ψ: istæ dictionem finire possunt, aliæ non.

TABVLA, IN QVA LITERARVM DIVISIO HACTEnus copiose tractata, breuius continetur.



- Consonātes, q̄ diuiduntur in
  - Mutas, in quibus consideratur uel
    - Natura, quia aliæ sunt
      - Tenues: π, κ, τ
      - Mediæ: β, γ, δ
      - Aspiratæ: φ, χ, θ
    - Ἀντιστοιχία, ubi aliæ in alias migrāt.

β	π	φ
γ	κ	χ
δ	τ	θ

  - Semiuocales, quæ sunt uel
    - Simplices, q̄ sunt uel
      - Liquidæ: λ, μ, ν, ρ
      - ἄσημον: σ
    - Duplices
      - ζ σδ, δς, τζ
      - ξ γς, κς, χς
      - ψ πς, βς, φς.
  - Præpositiuæ, in dictionis principio.
    - Aspiratæ: φ, χ, θ.
    - Mediæ: β, γ, δ.
    - Tenues: π, κ, τ.
    - Liquidæ: λ, μ
    - Duplex: ζ.
  - Postpositiuæ, in fine dictionis
    - ν
    - ρ
    - σ
    - ξ
    - ψ

REGVLAE QVAEDAM IN LEGENDO AC SCRIBENdo notandæ, desumptæ ex Gazæ lib. 4.

OMnis consonans posita inter duas uocales unius dictionis, cum sequēte uocali copulatur. ut, ἄγω duco, γ ad ω pertinet. Sic φέρω fero, ρ ad ω, non ad φ pertinet.

Quòd si non una, sed duę sint dictiones, quarum prior elisionem ac apostrophum patitur, tum consonans quæ est ante apostrophum, cum sequente quoque uocali coniungenda. ut, κατὰ

ἐκείνου, κατ' ἐκείνου, aduerſus illum. hic τ in κατ' cum ἐ uocali com ponenda, ſic, κα τ' ἐκείνου.

III. Conſonans inſuper ſi in principio dictionis cum alia conſo nante componi poteſt, ea & in medio dictionis cum alia iun= cta, non eſt ſeparanda. ut, ὕβρις iniuria. hic β ρ non ſeparantur, quia etiam in dictionis principio inueniuntur poſitæ. ut, βρέχω madeo. Sic ἀγρὸς ager, γρ coniungenda, quia ſunt & in prin= cipio. ut, γράφω, ſcribo. Item ὕμνος hymnus. nam & μνεία me= moria.

IIII. Quæcunque uerò conſonantes coniungi non poſſunt in di= ctionis principio, illæ ubique ſunt diſiungendæ. ut, ἐσθλὸν bo num, σθλ ſeiungi debent, non coniungi: quia nulla dictio inci= pit ab his σθλ. Sic ὄγδοος octauus, γδ ſeparandæ, quoniam nul= la reperitur à γδ dictio.

V. Conſonantes geminatæ nunquam ſimul componendæ, ſed ſyllabis prioribus ac poſterioribus addendæ. ut, ἐκκόπτω ex= ſcindo. hic prius κ iungenda cum ε, ſic, ἐκ: & poſterius cum ο, κο. Sic faciendum in his, ἔδδεισε metuit, κάββαλε deiecit, & alijs id genus. Supereſt iam, ut dicamus quomodo literæ Græcæ in latinas tranſeant, idque breuiter per tabulam: quod in reliquis quoque, ſi fieri poteſt, faciemus. Non enim tali Minerua reliqua communis linguę pręcepta perſequi cogitamus, quali hęc uos perſequi coëgit aliorum in his negligentia & obſcuritas. In quibus autem hæc duo ab alijs commiſſa deprehenderimus, il la pinguiore adiuuante Minerua perfectiora conficiemus.

Quo-

QVOMODO VOCALES AC DIPHTHONGI IN LATInam migrent linguam.

Ex literis Græcis primū in Latinas transeunt

- *Vocales, quarum*
  - *α* in
    - *a* — *κάλαθος, calathus.*
    - *e* — *τάλαντον, talentum.*
    - *i* — *κάνασρον, canistrum.*
    - *o* — *κόρυλος, corylus.*
    - *u* — *θρίαμβος, triumphus.*
    - *æ* — Ασκλήπιος, A*esculapius.*
  - *ε* in *e* — *breue ἐγὼ ego.*
  - *ι* in *i uel*
    - *longum, Ἀγχίσης, Anchises.*
    - *breue, νεστορίδης, Nestorides.*
  - *η* in *e*, *a*, *o* — Longa
    - *μητὴρ, mater. ἀὴρ, aer.*
    - *φήμη, fama.*
    - *κῆρ, cor.*
  - *ο* in
    - *o* — *breue. ὄλυμπος,* Olympus.
    - *u*
      - Ὀδυσσεὺς Vlysses.
      - *ἴλιον,* Ilium.
      - *ὅμηρος,* Homerus.
    - *e*
      - *γόνυ genu.*
      - *κάπρος, caper.*
  - *ω* in *o* — *longum, ἐγὼ ego.*
  - *υ* in
    - *i* — *ἱερώνυμος,* Hieronymus.
    - *u* — *σῦς, sus. μῦς, mus.*
    - *o* — *νὺξ, nox ἄγκυρα, ancora.*
- Diphthongi, *earum*
  - *αι* in
    - *e* — *αἰνέας, Aeneas.*
    - *ai* — *αἴας,* Aiax.
  - *αυ* in *au*
    - *αὐλὴ, aula.*
    - *θησαυρος, thesaurus.*
  - *ει* in *e*, *i* — Longa
    - *αἰνείας,* Aeneas.
    - *καισάρεια Cesarea.*
    - *εἴδωλον,* idolum.
  - *ευ* in
    - *eu* — *εὖγε, euge.*
    - *e* — *ὀδυσσεὺς,* Vlysses.
  - *οι* in
    - *œ* — *φοῖνιξ,* Phœnix.
    - *oi* — Τροία, Toia.
  - *ου* in *u* — Longum, *μουσικὴ, musica.*
  - *ᾳ* in *a* — longum.
  - *ῃ* in *e* — longum.
  - *ῳ* in
    - *œ* — *κωμῳδία, comœdia.*
    - *o* — *ᾠδὴ, oda.*
  - *ης* in *is*
  - *ως* in *os.*

Annotatio. Notandũ hic, quòd iota nõ fit cõsonans apud Græcos neq; à principio dictionis sequẽte uocali. ut, ἰησοῦς, quod trissyllabum, non dissyllabum est. neq; in medio inter duas uocales. ut, ἀΐω audio, trissyllabum est.

QVOMODO CONSONANTES TRANSFERANtur Latinè.

Transeunt cõsonantes in Latinas primùm. — In — ut

β	ph	θρίαμβος, triumphus.
	b	φοῖβος, phœbus.
γ	g	γένος, genus.
	n	si γ est ante γ, κ, χ, ξ: ἄγγελος, angelus. ἄγκυρα, ancora. ἀγχίσης, Anchises. σφίγξ, sphinx.
δ	d	Διδῶ, Dido.
	b	δὶς, bis.
	l	ὀδυσσεὺς, Vlysses.
ζ	z	ζέφυρος, zephyrus.
	ss	μάζα, massa.
θ	th	θυρσὸς, thyrsus.
	t	θρίαμβος, triumphus.
	d	θεὸς, Deus.
κ	c	κακὸς, Cacus.
	g	κύκνος, Cygnus.
	p	λύκος, lupus.
λ	l	λύρα, lyra.
μ	m	γραμματικὸς, grammaticus.
ν	n	νὺξ, nox.
ξ	x	ξενοφῶν, Xenophon.
π	p	πατὴρ, pater.
	ph	τρόπαιον, trophæum.
	b	πύξος, buxus.
ρ	r	ῥήτωρ, Rhetor.
σ	r	στέφανος, Stephanus.
	x	αἴας, Aiax.
	t	σὺ, tu. σέ, te.
τ	t	τάνταλος, Tantalus.
	s	sed præcedente sigma, ut ὀστᾶ, ossa.
φ	ph	φιλόσοφος, Philosophus.
	f	φυγὴ, fuga.
	b	ἄμφω, ambo.
χ	ch	χριστὸς, Christus.
ψ	ps	αἰθίοψ, Aethiops.
	bs	ἄραψ, Arabs.

Spiritus asper Græcus migrat uel in { ſ, u, h } *ut* { ἕξ ſex. ἕρπω, ſerpo. ἑσπέρα, Veſpera. ὕμνος, Hymnus. }

QVAE APVD GRAECOS CONSONANTIVM ſit mutatio.

Quatuor ſunt conſonātes, quæ uariantur nōnihil: nā

- *γ ante* { γ, κ, χ, ξ } *ſonat ut n.* { ἄγγελος, angelos, angelus. πέφαγκα pephanga, apparui. ἔγχος, enchos, haſta. λύγξ, lynx. }
- *ν in σὺν et ἐν ante*
  - { β, μ, π, φ, ψ } *in μ tranſit.* { συμβαίνω, conſcendo. σύμμαχος, ſocius. συμπαίζω, colludo. σύμφημι, conſentio. συμψηφίζω, cōputo. } συμ, pro σὺν in compoſitione.
  - { γ, κ, χ } *in γ migrat.* { σύγγράφω, conſcribo. συγκάμνω, collaboro. συγχέω, confundo. } συγ, pro συν.
  - ζ *Abiicitur ν.* συζάω, conuiuo.
  - { σ, λ, ρ } *in* { ς, λ, ρ } *ut* { συσσείω, concutio, excipe ἐνσείω ma- συλλέγω, colligo. net enim ante σ ν in ἐν. συῤῥέω confluo. }
- *π post* { μ, ν } *Sonat ut b.* { πέμπω, pembo, mitto. τὸν πετρὸν, ton betron. }
- *τ post ν, ut d ſonat, idq; uel in*
  - *Eadem dictione.ut,* { πόντος. pondos, mare. πάντα, panda, omnia. ἐντὸς, endos, intus. }
  - *Diuerſis dictionibus ut,* { τὸν τάνταλον, ton dandalon. τὴν τιμὴν, tin dimin, honorē. τὸν ταλάντιον, τὸν dalandiō. }

Nota, quòd τ ſequente iota puro, hoc eſt cui præcedit uocalis, aut diphthongus, nō effertur cū ſibilo & inſtar c latini: ſed ſuum retinet ualorem: ut ταλάντιος, non talancius: πόντιος, nō Poncius: λαέρτιος, non Laercius, profertur tanquam per c, ſed per t Laertios.

DE ABBREVIATIONIBVS, SEV COMPENdiaria ſcribendi ratione.

Abbreuiatio, βραχυλεξία Græcè dicta, eſt literarum, uel ſyllabarum, uel uocum etiam aliena ſcribendarū ratio. Inuenta *Inuentio abbreuiationis.*

uenta est, autem hęc abbreuiandi ratio primùm ornatus gratia, ut literæ, quæ aliàs inordinatæ ac confusæ uidentur, eleganter & aptè possint coniungi reliquis. Frequens enim earundem literarum concursus perturbatam & ineptã reddit dictionem. Secundò breuitatis causa ab antiquis est reperta. citiùs enim ac breuius absolues quod scribis hisce abbreuiationum notulis, quàm si characteres singulos pingas. ut ⅄ breuius ac citius quis scribit, quàm ἐστί, q̃d idem notat. Postremò propter angustiam est reperta & necessitatem. fit enim sæpe ut dictio aliqua propter minus spacium suis non possit singulis scribi characteribus: quare illam dictionem breuiorem efficimus his additis abbreuiaturæ signis.

Cauendũ aũt est, ne frequentius hæc lectionis compendia usurpent̃: deformant enim sæpius & citra has causas positę scripturam. Vt autem ea melius iuuenes apprehendere ac addiscere possint citius, disposui ea ordine alphabetico illo pacto: & adieci quoque alia non pauca, quæ apud alios hactenus desiderabantur.

A

ᾳ, ἀπ', αν, αὐ, ας, ᾶς, ᾳς, ους, οῦς — Aequalent ex aduerso positæ

Supra literam sic τ̃ ταυ.

Supra literam sic π̃ πᾶς.

Supra literam π̃ πῶς.

γς — γα
γον — γου, λογου.
γος — γος, λόγος.
γω — γω
γων — γων, λέγων.
γεν — γεν, λέγεν.
γους — γους, λόγους.

Γ

γγ — γγ
γε — γε
γειν — γειν
γὰρ — γὰρ

Δ

δὲ — δὲ

διὰ — διὰ

E

ἐγὼ — ἐγὼ.
ἐκ — ἐκ

εν — ,μ μεν.
έν — ,μ ,μεν
εν — εν
εξ — εξ
επὶ — { επ / επι / επ }
ερ — ερ
ες — { ut τίνες, τίνες / ες }
εστὶ — { εστ / ἐστὶ / εστι }
ἐστι — ἐστι
ετο — το, τύπτετο, τύπτετο
ευ — ευ, εὐθέως

H

ην — ην, τύχην
ὴν — την, τιμὴν
ης — ', ut μούσης, μούσης
ῆς — τ, ut της, τῆς

I

ιν — fic, τιν τιν
ις — fic, τις, τις

K

κατὰ — κατ
καὶ — { καὶ / καὶ / καὶ / καὶ / καὶ }
κρ — κρ, κρίνω, κρίνω
κῶν — κῶν, πκῶν, πκῶν

Λ

λλ — λλ, στέλλω

M

μάτων — μάτων
μαρ — μαρ
μεθ — μεθ
μὲν — { μὲν / μὲν / μὲν }
μεν — μ τύπτομεν
μετὰ — μετὰ
μὴν — μὴν τιμὴν
μῆς — μῆς τιμῆς

N

ν finale — ν

O

ον —), τὸν
ὸν — ', τὸν
ος — { ος, λόγος / ος, λόγος } λόγος
ὸς — ος, κοινὸς, κοινὸς
οτι — ὅτι
οῖον — { οἷον / οἷον }
οις — οις
οῖς — οῖς
οῦν — { οὖν / οὖν }
οὺς — { ου / ς } ut { λόγου / λόγους } λόγους
οὺς — τοὺς, τοὺς

Π

παρ — παρ, παρὰ, παρὰ
περ — { περ, καίπερ / περ, πέπερ }
πιν — πιν
ππ — ππ

πο —— πο
πρ —— πρ
πρα —— πρα
πρι —— πρι
προ —— προ
πρω —— πρω
πτ —— πτ
πως —— πως

Ρ

ρᾶς —— ρᾶς
ρας —— ρας
ρι —— ρι
ρὸς —— ρὸς, πατρὸς

σα —— σα
σὰ —— σὰ
σαν —— σαν
σὰν —— σὰν
σε —— { σε, σε, σε }
σθς —— σθς
σι —— σι
σις —— σις
σπ —— σπ
σθ —— σθ
σθαι —— { σθαι, σθαι }
σσ —— σσ
στ —— στ
στρ —— στρ
συν —— συν
σχ —— σχ
σχο —— σχο
σχρ —— σχρ
σχυ —— σχυ

σω —— σω
σων —— σων
σως —— σως
σαι —— σαι
σαις —— σαις
σαῖς —— σαῖς

Τ

τα —— τα
τες —— τες
τερ —— τερ
τὴν —— { τὴν, τὴν }
τῆς —— { τῆς, τῆς }
τι —— { τι, τι } ut { τύφθητι, τύφθητι }
τὸ —— { τὸ, τὸ, τὸ }
το —— το, ἐτύπτετο
τὸν —— τὸν
τρ —— { τρ, τρ, τρ }
ττ —— ττ
τῷ —— { τῷ, τῷ }
τῶν —— { τῶν, τῶν }
ται —— { ται, ται } ut { τύπτεται, τύπτεται }
τοῦ —— { τοῦ, τοῦ }
τοὺς —— { τοὺς, τοὺς }
τοῦτο —— τοῦτο

Υ		Φ	
ϋ in diæresi		φί	—— φί
ύ	—— ύ	φων	—— φ̃ λίφ̃
ῦ	—— ῦ	**Χ**	
υι	—— υι	χρ	—— χρ
υν	—— { ων, υν	**Ω**	
ὖν	—— ὖν	ῶν	—— ̃,ζ̃,ζῶν
ὑπὸ	—— ὑπὸ	ων	—— ̃,λέγ̃,λέγων
υς	—— υς	ως	—— ,π,πως
υσι	—— υσι	ῶς	—— ,π,πῶς
		ῷ	—— ῷ,ποιῷ.

ALIAE NOTAE COMPENDIARIAE, QVAE IN NOVI *Testamenti lectione se offerent, librorumq; aliquando aliorum.*

ἀνος	Valet	ἄνθρωπος	πνα	Valet	πνεῦμα
δαδ		δαβίδ.	πνς		πνεύματος
γρ́		γράμμα.	πνί		πνεύματι
θς		θεός	σρία		σωτηρία
θυ		θεοῦ.	σηρ		σωτὴρ
θῷ		θεῷ	σρς		σωτῆρος
θν		θεόν	σρι		σωτῆρι
ἰς		ἰησοῦς	σρα		σωτῆρα
ἰυ		ἰησοῦ	στὸς		σταυρός
ἰν		ἰησοῦν	στοῦ		σταυροῦ
ἰηλ		ἰσραὴλ	στῶσας		σταυρώσας
ἰλημ		ἱερουσαλήμ	στωθῆς		σταυρωθῆς
κς		κύριος	σριος		σωτήριος
κυ		κυρίου	φιλανος		φιλάνθρωπος
κῷ		κυρίῳ	φιλανία		φιλανθρωπία
κν		κύριον	χς		χριστός
κε		κύριε	χυ		χριστοῦ
πηρ		πατὴρ	χῷ		χριστῷ
πρς		πατρός	χν		χριστόν
μηρ		μητὴρ	χε		χριστὲ
μρς		μητρός	οὐνὸς		οὐρανός
			οὐνιος		οὐράνιος

Notandum autem quòd huiusmodi paruæ lineæ inueniuntur impositæ literis quoque ac dictionibus, quæ materialiter, ut postea dicetur, sumuntur. ut α̅, πρ̅ο. Item in nominibus proprijs, quæ & appellatiua & propria esse possunt, signant: ut ἄδελ̅φος proprium nomen ad discrimen ἀδελφός frater. Sic πολέμων, πολέμωνος. λύκων, λύκωνος & similia: quæ ex contextu orationis intelligentur. Superiores autem abbreuiationum notę cognoscunt facile ex primis ac ultimis literis, quæ primas & ultimas dictionis illius syllabas notabunt, tum & declinationem ac casum eius. ut, ἀν ος: istæ duæ syllabæ sunt in dictione integra primę ac ultimæ: mediā uerò syllabam ipse contextus offeret, quæ est θρωπ, additis huic duabus fit integra, ἄνθρωπος. Præterea si aliqua orationis pars in textu cōiungatur huiusmodi uocabulis abbreuiatura aliqua notatis, legentur illa uel his nunquam uisis, ὁ λόγος. Articulus ὁ demonstrat quòd legendum hic sit λόγος. Et sic iudicandum in alijs.

Ratio cognescendi abbreuiationes.

DE NVMERIS GRAECORVM.

NVmeri Græcorum incedunt iuxta ordinem Alphabeti: nisi quòd tres characteres soleant interponere propter literarum defectum. nam alioqui non possent pertingere millenarium numerum. Sunt autem isti characteres ς, ϟ, ϡ: quorū primus ς inter ε & ζ inseritur: alter uerò ϟ post π, collocatur: postremus ϡ post ω: quod hæc media columna demonstrat.

Cardinalia

Numeralium Cardinalium

Nomen		Figura	Potestas
ἕν	unum	α	1
δύο	duo	β	2
τρία	tria	γ	3
τέσσαρα	quatuor	δ	4
πέντε	quinque	ε	5
ἕξ	sex	ς	6
ἑπτά	septem	ζ	7
ὀκτώ	octo	η	8
ἐννέα	nouem	θ	9
δέκα	decem	ι	10

ἕνδεκα

Nomen		Figura	Potestas
ἕνδεκα	undecim	ια	11
δώδεκα	duodecim	ιβ	12
δεκατρία	tredecim	ιγ	13
δεκατέσσαρα	quatuordecim	ιδ	14
δεκαπέντε	quindecim	ιε	15
δεκαέξ	ſedecim	ις	16
δεκαεπτὰ	ſeptendecim	ιζ	17
δεκαοκτὼ	octodecim	ιη	18
δεκαεννέα	nouendecim	ιθ	19
εἴκοσι	Viginti	κ	20
εἰκοσιέν	uigintiunum	κα	21
εἰκοσιδύο	uigintiduo	κβ	22
εἰκοσιτρία, &c.	uigintitria	κγ, &c.	23
τριάκοντα	Triginta	λ	30
τριακονταέν, &c.	trigintaunum	λα, &c.	31
τεσσαράκοντα	Quadraginga	μ	40
τεσσαρακονταέν, &c.	quadragintaunum	μα, &c.	41
πεντήκοντα	Quinquaginta	ν	50
πεντηκονταέν	quinquagintaunum	να	51
πεντηκονταδύο, &c.	quinquagintaduo	νβ, &c.	52
ἑξήκοντα	Sexaginta	ξ	62
ἑβδομήκοντα	Septuaginta	ο	70
ὀγδοήκοντα	Octoginta	π	80
ἐνενήκοντα	Nonaginta	ϙ	9
ἑκατὸν	Centum	ρ	100
διακόσια	Ducenta	σ	200
τριακόσια	Trecenta	τ	300
τεσσαρακόσια	Quadringenta	υ	400
πεντακόσια	Quingenta	φ	500
ἑξακόσια	Sexcenta	χ	600
ἑπτακόσια	Septingenta	ψ	700
ὀκτακόσια	Octingenta	ω	800
ἐννεακόσια	Nongenta	ϡ	900
χίλια.	Mille	͵α	1000
δισχίλια	bis mille	͵β	2000

Nomen		Figura	Potestas
τρισχίλια	ter mille	,γ	3000
τετρακισχίλια	quater mille	,δ	4000
πεντακισχίλια	quinquies mille	,ε	5000
ἑξακισχίλια	sexies mille	,ς	6000
ἑπτακισχίλια	septies mille	,ζ	7000
ὀγδοακισχίλια	octies mille	,η	8000
ἐννεακισχίλια	nonies mille	,θ	9000
μύρια	decem milia	,ι	10000
δισμύρια	uiginti milia	,κ	20000
τρισμύρια	triginta milia	,λ	30000
τετρακισμύρια	quadraginta milia	,μ	4000
πεντακισμύρια	quinquaginta milia	,ν	50000
ἑξακισμύρια	sexaginta milia	,ξ	60000
ἑπτακισμύρια	septuaginta milia	,ο	70000
ὀγδοακισμύρια	octoginta milia	,π	80000
ἐννεακισμύρια	nonaginta milia	,ϟ	90000
δεκαμύρια	centum milia	,ρ	100000
εἴκοσι μύρια	ducenta milia	,σ	200000
τριάκοντα μύρια	trecenta milia	,τ	300000
τεσσαράκοντα μύρια	quadringenta milia	,υ	400000
πεντήκοντα μύρια	quingenta milia	,φ	500000
ἑξήκοντα μύρια	sexcenta milia	,χ	600000
ἑβδομήκοντα μύρια	septingenta milia	,ψ	700000
ὀγδοήκοντα μύρια	octingenta milia.	,ω	800000
ἐννενήκοντα μύρια	nongenta milia	,ϡ	900000

Regula.

Numeralia nomina à πέντε usque ad ἑκατὸν generis omnis & indeclinabilia sunt, ut ἄνδρες πέντε quinque uiri. πέντε γυναῖκες quinque mulieres. πέντε ζῶα quinque animalia. Cetera quæ declinabilia sunt, sic uariantur.

Masc.

Hoc modo inflectũtur numeralia:

Singularia

	Masc.		Fœm.		Neut.	
N.	εἷς	unus	μία	una	ἕν	unum
G.	ἑνὸς	unius	μιᾶς	unius	ἑνὸς	unius
D.	ἑνὶ	uni	μιᾷ	uni	ἑνὶ	uni
A.	ἕνα	unum	μίαν	unam	ἕν	unum

Dualia q̃ inflectũtur uel

Regulariter, ac communiter:
- τὼ, & τὰ — δύο, et δύω Atticè — duo, & duæ
- τοῖν δυοῖν, ταῖν δυεῖν — δυσὶ poeticè — duos, duas

Irregulariter, sunt enim aliquando:
- Indeclinabilia ac cõmunia: τὼ, τὰ, τοῖν, ταῖν — δύο — duo, duæ, duos, duas
- Pluralia omnis generis et indeclibilia,
  - M. οἱ, τῶν, τοῖς, τοὺς — δύο — duo, duorum, duobus, duos
  - F. αἱ, τῶν, ταῖς, τὰς — δύο — duæ, duarum, duabus, duas
  - N. τὰ, τῶν, τοῖς, τὰ — δύο — duo, duorum, duobus, duo.

Pluralia in genere

Communi:

N.	τρεῖς	tres
G.	τριῶν	triũ
D.	τρισὶ	tribus
A.	τρεῖς	tres

Neutro:

N.	τρία	tria
G.	τριῶν	trium
D.	τρισὶ	tribus
A.	τρία	tria

Sic inflectitur τέσσαρες:
- Com. N. τέσσαρες, G. τεσσάρων, D. τέσσαρσι, A. τέσσαρας — quatuor.
- Neu. N. τέσσαρα, G. τεσσάρων, &c.

Cęterùm cõposita ab ἑκατ̃, χίλια & μύρια eodẽ modo se habẽt. Variant̃ enim per tria genera mutatis terminationibus, ut hic:

Ab ἑκατὸν: οἱ διακόσιοι ducenti, αἱ διακόσιαι ducentæ, τὰ διακόσια, etc. ducenta. A χίλιοι: δισχίλιοι & Com. δισχίλιαι, δισχίλια, &c. A μύριοι: δισμύριοι, comm. δισμύριαι, δισμύρια, &c.

Obseruandum in compositis numeralibus, ut maior numerus semper præponatur minori, ut, δεκατρία, nõ τριαδέκα. δέκα enim est maior. Si uerò inseratur coniunctio καὶ, tum minorem ante maiorẽ poni est necesse, ut, τριακαίδεκα, nõ δεκακαίτρια, &c.

Inue-

Inueniunt porrò sex literæ, quibus utuntur Græci nonnunquam in exprimendis numeris quibuscunque. Sunt autem Ι, Π, Δ, Η, Χ, Μ. quorum hæc est significatio.

He luc re	Ι	Significant	ἕν	Vt	Ι, ΙΙ, ΙΙΙ, ΙΙΙΙ. *id est*. 1, 2, 3, 4.
	Π		πέντε		Π, ΠΙ, ΠΙΙ, ΠΙΙΙ, ΠΙΙΙΙ. *i.* 5, 6, 7, 8, 9.
	Δ		δέκα		Δ, ΔΔ, ΔΔΔ, ΔΔΔΔ. *i.* 10, 20, 30, 40.
	Η		ἑκατὸν		Η, ΗΗ, ΗΗΗ, ΗΗΗΗ. *i.* 100, 200, 300, 400.
	Χ		χίλια		Χ, ΧΧ, ΧΧΧ, ΧΧΧΧ. *i.* 1000, 2000, 3000, 4000.
	Μ		μύρια		Μ, ΜΜ, ΜΜΜ, ΜΜΜΜ. *i.* 10000, 20000, *&c.*
Si notentur ita hæ literæ	|Δ|	Significant	50	Vt	|Δ|Ι |Δ|ΙΙ, |Δ|Δ, *&c. i.* 51, 52, 60.
	|Η|		500		|Η|ΙΙΙΙ, |Η|Δ, *&c. i.* 504, 510.
	|Χ|		5000		|Χ|ΙΙΙ, |Χ|ΧΧ, *&c. i.* 5003, 7000.
	|Μ|		50000		|Μ|ΜΜ, |Μ|ΜΜΜ, *&c. i.* 70000, 80000.

Sunt & alia numeralia hic cōsideranda: quorum alia in πλοῦς exeunt. ut,

In πλοῦς	διπλοῦς	*duplex*
	τριπλοῦς	*triplex*
	τετραπλοῦς	*quadruplex*
	πενταπλοῦς	*quintuplex*
	ἑξαπλοῦς	*sextuplex*
	ἑπταπλοῦς, *&c.*	*septuplex*
	ὀκταπλοῦς, *&c.*	*octuplex.*

Addatur singulis numeralibus simplicibus tantum syllaba πλοῦς ad finem, tum rectè formantur ea. ut, ἐννέα, addito πλοῦς fit ἐννεαπλοῦς noncuplex. Alia in πλάσιος desinunt: quæ formantur à præcedentibus in πλοῦς, tantùm πλοῦς in πλάσιος conuerso. ut, διπλοῦς, πλοῦς in πλάσιος mutato, fit διπλάσιος duplus. Sic reliqui τριπλάσιος, triplus, τετραπλάσιος quadruplus, &c.

Alia postremò in ας terminantur, quæ substantiua sunt fœminini generis. ut,

μονὰς	unitas	ὀγδοὰς	octonarius
δυὰς	duitas	ἐννεὰς	nouenarius
τριὰς	trinitas	δεκὰς	denarius
τετρὰς	quaternitas		
πεμπτὰς	quinarius	χιλιὰς	mille substātiuum
ἑξὰς	senarius	μυριὰς	decies mille
ἑπτὰς	septenarius	δισμυριὰς, &c.	uicies mille.

DE ORDINALIBVS NOMINIBVS.

πρῶτος	Primus
δεύτερος	Secundus
τρίτος	Tertius
τέταρτος	Quartus
πέμπτος	Quintus
ἕκτος	Sextus
ἕβδομος	Septimus
ὄγδοος	Octauus
ἔννατος	Nonus
δέκατος	Decimus
ἑνδέκατος	Vndecimus
δυοκαιδέκατος	Duodecimus
τρισκαιδέκατος	Decimustertius
τεσσαρεσκαιδέκατος	Decimusquartus
πεντεκαιδέκατος, &c.	Decimusquintus
εἰκοστὸς	Vigesimus
εἰκοστὸς πρῶτος	Vigesimus primus
τριακοστὸς	Trigesimus
τριακοστὸς πρῶτος, &c.	Trigesimus primus
τεσσαρακοστὸς	Quadragesimus
πεντηκοστὸς	Quinquagesimus
ἑξηκοστός	Sexagesimus
ἑβδομηκοστός	Septuagesimus
ὀγδοηκοστός,	Octogesimus
ἐννενηκοστός	Nonagesimus
ἑκατοστός	Centesimus
διακοσιοστός	Ducentesimus
τριακοσιοστός	Trecentesimus
τετρακοσιοστός	Quadringentesimus
πεντακοσιοστός	Quingentesimus
ἑξακοσιοστός	Sexcentesimus
ἑπτακοσιοστός	Septingentesimus
ὀκτακοσιοστός	Octingentesimus
ἐννακοσιοστός	Nongentesimus
χιλιοστός	Millesimus
δισχιλιοστός	bis Millesimus
τρισχιλιοστός	ter Millesimus
τετρακισχιλιοστός	quater Millesimus
πεντακισχιλιοστός	quinquies Millesimus
ἑξακισχιλιοστός	sexies Millesimus

ἑπτακισχιλιοστός	*septies millesimus*
ὀκτακισχιλιοστός	*octies millesimus*
ἐννακισχιλιοστός	*nonies millesimus*
μυριοστός.	*decies millesimus*

Ex his omnibus potes colligere annum præsentem ab incarnatione Iesu Christi redemptoris nostri. est autem hic:

α φ νε. χιλιοστὸς πεντακοσιοστὸς πεντηκοστὸς πέμπτος.

1 5 55. Millesimus quingētesimus quinquagesimusquintus.

DE APICIBVS GRAECARVM LITERARVM.

VAriæ sunt notulæ literarum: quæ olim, cum uulgata & incorrupta adhuc esset lingua Græca, omnino erant ignotæ, sicuti Hebræis sui, & accentus & puncta. Inuētus enim est integer Homerus absq; apicibus hisce. nec enim notabant ueteres sua scripta illis notulis, nisi in re quæ aliquod habebat momenti. Excogitarunt autem istas literarum formulas Grammatici, posteaquam uidere linguę suæ imminere ruinam, & ijs linguam conseruare puram & incorruptam. Sunt autem Apices isti in quinq; diuisi partes: in Accētus, Spiritus, Tempora, Passiones atq; Distinctiones, quæ pinguntur uel supra literas, uel sub literis, uel post literas; & notant prolationem, aut aliquam differentiam.

I. DE ACCENTIBVS.

προσῳδία, seu τόνος est ratio pronūciandæ syllabæ. Sunt autē accentus tres.

- *Acutus´ qui acuit & attollit pronunciando syllabam uel*
  - *Vltimam θεὸς, Deus.*
  - *Penultimam, φίλος, amicus.*
  - *Antepenultimam, πάμφιλος.*
- *Grauis` deprimit pronunciationem cuiusq; syllabæ. is autem uel*
  - *Nō pingitur, sed intelligitur in omnib. syllabis, q̄ nō habēt*
    - *Acutū, φιλοσοφία. hic solū iota attollitur acuto: reliquæ syllabæ deprimuntur graui.*
    - *Circumflexum, μυσῶν. syllaba μυ graui signatū demittitur: at σῶν extollit pronūciationem.*
  - *Pingitur loco acuti: & tantum in ultimis sylabis contextus orationis. ut,*
    - *ἐστὶν ἀνὴρ καλὸς κἀγαθός.*
    - *est uir bonus ac probus.*
    - *πατὴρ καὶ μητὴρ ἐμοῦ.*
    - *Pater ac mater mea.*
- *Circūflexus, qui sic pingitur*
  - *῀ ͡ Supra literas maiusculas*
  - *῀ ͡ Minusculas*
  - *Attollit simul ac deprimit syllabam uel*
    - *Vltimam*
      - *ποιῶ facio.*
      - *νοῶ intelligo.*
    - *Penultimā*
      - *μοῦσα.*
      - *μυσῶν.*

Notandum eſt, quòd omnis dictio habens acutum, illum retineat ſemper, ſi per ſe ponatur extra orationis contextum: ut, ἀνήρ, &c. aut in fine alicuius ſententiæ, ut, ἐγώ εἰμι ὁ θεός, ego ſum Deus.

II. DE SPIRITIBVS.

Spiritus πνεύματα dicti, ſunt duo:

- Tenuis, ψιλή, cuius notæ ſunt:
  - ᾿ Supra maiuſculas literas, ut, { Ἀ, Ἐ, Ὀ, Ἠ } Et ſonat { A, E, O, I } Reddit ſyllabam lenem, ita ut audiri non poſſit.
  - ᾿ Supra minuſculas, ſic: { ἀ, ἐ, ἰ, ὀ, ὠ } Sonat ut { a, e, i, o, ô } Latinis.
- Aſper, ſeu denſus, δασεῖα, ſic notatur
  - ῾ In maiuſculis { Ἁ, Ἑ, Ὁ, Ἡ } Et ſonat latinè { Ha, He, Ho, Hi } Valet Latinis aſpirationē h: reddit enim ſyllabā craſſam & aſpiratam.
  - ῾ In minuſculis { ἁ, ἑ, ὁ, οὑ, ὑ } Profertur nobis { ha, he, ho, h, hi }

Omnis uocalis aut diphthongus initio dictionis perpetuò habet unum ex ſpiritibus, aut tenuem, aut aſperum. Vtrum ue rò uocalis aut dipht. recipiat, uſus facilius quàm regulæ docent. Regula.

Porrò uocalis υ & cōſonans ρ in principio aſpirant ſemper. ut, υἱὸς filius. ῥώμη, robur. Si autem ρ in medio dictionis duplicetur, prius ρ tenuem, poſterius denſum habebit ſpiritum, ut, παῤῥησία licentia, συῤῥέω confluo, &c. Regula.

III. DE TEMPORIBVS.

Tēpora χρόνοι ſūt duo:

- Breue, βραχεῖα, ˘ inſcribitur ancipitibus { α, ι, υ } Et deſigrat illas breues, ut ᾰ̆ρες, mars. κᾰλόν, bonū.
- Longum, μακρά, ¯ notatur in { α, ι, υ } Et longas eſſe demonſtrat, ᾱ̄ρες, κᾱλόν.

His duabus notis utebantur antiqui, si quę uocalium ancipitum modò produceretur, modò rursus corriperetur: & notabant breui signo illam, cum inueniretur breuis: longo, cum longa.

DE PASSIONIBVS.

Paßiones πάθη, sunt nouem.

ἀπόστροφος	Auersio.
ὑφέν	Subunio
ὑποδιαστολή	Subdistinctio
ὑπογραφή	Subscriptio
διαίρεσις	Diuisio
ἔκλειψις	Defectus
τεχνική	Materiale
ἀριθμητική	Numerale
διαστολή	Distinctio.

I. DE APOSTROPHO.

APostrophus signum est elisæ ac reiectæ uocalis seu diphthōgi à fine dictionis propter initialem uocalē dictionis sequentis. notatur autem supra literā finalem his duobus signis, ' in maioribus, ' in minoribus literis.

Accidit apostrophus in dictionis
- Fine, idque uel in
  - Vocalibus
    - Breuibus { ε, ο } & Ancipitibus { α, ι } ut { φέρ' εἶπε pro φέρε εἶπε, age dic. / τοῦτ' ἐστιν pro τοῦτό ἐστιν, hoc est. / παρ' ἡμῶν, pro παρά, à nobis. / ἐφ' ὑμῖν pro ἐπὶ ὑμῖν, apud uos. }
    - Longis η, ut, τρέφ' ἐνὶ μεγάρῳ, &c. educatus erat in palatio. τρέφ' pro ἔτρεφε. Hom. in Catalogo nauium. Sed hoc est Poetarum licentia.
  - Diphthōgis { αι, οι } ut { βούλομ' ἐγώ, pro βούλομαι ἐγώ, uolo ego. / οἴμ' ὡς ἄχθομαι, pro οἴμοι, heu mihi quàm doleo. }
- Principio consonantium, quod fit apud poetas sæpius
  - ὡ' πόλλων οὐ παντὶ φαείνεται, ἀλλ' ὅτις ἐσθλός, pro ὁ ἀπόλλων. Apollo non cuiuis apparet, sed ei qui est bonus. Callimachus in Hymno ad Apollinem.
  - Item, πρῆσσε δὲ μηδὲν τῶν μὴ 'πίστασαι· ἀλλὰ δίδασκευ ὅσα χρεών. pro ἐπίστασαι. hoc est, fac autem nihil quæ nescis: sed disce quæ utilia sunt: Pythagoras.
  - Item, Apud Latinos quoq; Poetas apostrophus sæpe initiū dictionis occupat Græcorum more. Terentius in Phormione: Quid istuc mali 'st, pro est.
  - Item, Te aduigilare æquum 'st. Et similia exempla sunt paßim & apud Græcos & Latinos.

REGVLAE.

SI ſequens dictio incipit à uocali uel diphthongo aſpirata,et I.
prior dictio,cuius per apoſtrophum ultima litera eſt abie-
cta,illa inquam dictio deſinit in aliquam harum π,κ,τ,tum mi-
grat illa propter ſequentem aſpirationem in ſuam ſibi affinem
tenuem.ut,

Tenues { π, κ, τ } in { φ, χ, θ } Aſpiratã. ut, { ἀπὸ οὗ, ἀφ' οὗ. à quo. π in φ. | νύκτα ὅλην, νύχθ' ὅλην totã noctẽ. κτ in χθ. | κατὰ οὗ, καθ' οὗ, contra quem. τ in θ. }

Dictio quæ apoſtrophum patitur, ſeruat tonum ſuum, ſi nõ II.
eſt in ſyllaba ultima.ut,ἔπ' ὦν, dixit itaq;. Sin autem tonus occu
pet ſyllabam per apoſtrophum abijciendam, abijcit dictio ſi-
mul & tonum.ut,ἀπ' ἐμοῦ,pro ἀπὸ ἐμοῦ,à me.

Lecturus Græca,dictiones apoſtropho affectæ debent pro- III.
ferri cum apoſtropho.ut,ἀντ' ἐμοῦ pro me,legendum pro una di
ctione triſſyllaba, non ἀντὶ ἐμοῦ, reſumpta litera per apoſtro-
phum ſublata:idq; iubente Moſchopolo.

Eſt enim apoſtrophus eam maximè ob cauſam inuentus,ut *Inuentio apoſtrophi.*
tolleret κακοφωνίαν literarum ſimul coincidentium.

II. DE SVBVNIONE.

Subunio ſic notatur. { ‿ , ‿ , ‿ } *Hæc duas dictiones diuiſas uel* } *Natura* | *Malè* } *Cõiungit ſic* { ὅπως ‿ οὖν, *utcunq;* | κα ‿ φέρται *ſcribitur.* }

III. DE SVBDISTINCTIONE.

SVbdiſtinctio,ſeu ſeparatio eſt nota,qua ſyllabæ malè cohę
rentes ſeparantur:ſignaturq; hoc ſigno,‘quidã ſic,ſed haud
ſcio num rectè: ſic enim non differret ab illa uirgula, qua di-
ſtinguũtur inciſa.ut,τό‚τε.nota hæc ſeiungit τε, ne coniuncta ui-
deatur dictio eadem cum τότε,id eſt,tunc.Item ὅ‚τι quod prono
men diſtinguit ab ὅτι coniunctione,quod,uel,quia ſignificãte.

IIII. DE SVBSCRIPTIONE.

Subſcriptionis punctum ſubnotatur tribus hiſce uocalibus { α, η, ω } Sic { ᾳ, ut { αἰνείᾳ | πρᾷος *manſuetus.* } | ῃ, ut { μέσῃ | τύπτῃς *uerberes.* } | ῳ, ut { καλῷ *bono.* | διδῷς *des.* } }

OBSERVATIO.

IN quibus uocabulis subscribatur illud iota, docet copiose Constantinus & Lascaris. Sciendum itaq;, si quæ ex his tribus uocabulis occurrat cum iota subscripto in syllabis quibuscunq;, præter ultimas, ibi semper deesse uel iota solum. ut, ῥᾴδιος pro ῥαίδιος facilis, λῃστὴς pro ληϊστὴς latro, & id genus alia. Vel diphthõgum aliquam propriã, ex qua illa facta est impropria. ut, ᾄδω pro αἰδὼ, ᾳ enim fit ex αι. Vel diphthongũ immutabilem. ut ᾖρον tollebam, ab αἴρω. ᾔδει nouerat, ab εἴδω. ᾠόμην arbitrabar, ab οἴομαι. Vel deniq; desiderari plura, hoc est, aut uocalẽ & diphthongũ simul, ut ᾠδὴ pro ἀοιδὴ cantus. aut dipht. & uocalem. ut κᾆτα pro καὶ εἶτα. aut duas diphthongos. ut κᾆφα pro καὶ εἶπα, & dixi. aut duas tandem uocales, ut νηρῇδες pro νηρηΐδες. Cæterùm si uocales istæ fuerint in ultimis syllabis, ibi nihil desiderari ostendent, sed tantum casus in nominibus, in uerbis modos. ut, ἡμέρᾳ diei, ᾳ datiuũ demonstrat. sic τιμῇ honori, λόγῳ sermoni, nominũ sunt datiui. Item ἐὰν τύπτῃς, τύπτῃ, si uerberes, uerberet, ῃ in uerbis coniunctiuos denotat. Excipiuntur uerò ultimæ syllabæ harum uocalium in uerbis circumflexis. ut, βοᾷς pro βοάεις clamas, βοᾷν pro βοάειν clamare, & reliqui modi, in quibus illæ uocales fuerint. Sic ζῇς pro ζάεις uiuis, & cætera. Item in duali secundæ declinationis contractorum. ut, τοῖν πόλεων pro πολέοιν ciuitatibus. Item in monosyllabis, ut δᾴς pro δαΐς, bellum, & cætera.

V. DE DISSECTIONE.

SIgnum hoc ¨ quod διαίρεσις, id est diuisio nominatur, impositum subiunctiuis uocalibus ι & υ hoc modo, ϊ, ϋ, significat eas per se constituere syllabam. ut, ὑός filius, εὐζωνος expeditus, & similia. Est ergo διαίρεσις separatio duarum uocaliũ, ne faciant coniunctæ, diphthongum.

VI. DE DEFECTV.

DEfectus hæc est nota ~, uel ¯: & significat literas non nullas deesse in illa dictione, in qua est breuitatis causa: & illa linea literis superposita, supplet defectum. ut ἄνος pro ἄνθρωπος homo. οὐνὸς pro οὐρανὸς cœlum, & alia, quæ infrà in abbreuiationibus affatim sunt exposita.

Mate-

VII. DE MATERIALI.

Materialis nota hęc est ¯ : & significat ibi literas, aut uocabulum nullius esse significationis, sed materialiter sumi. ut, ᾱ, ὕδωρ̄, & cætera.

VIII. DE NVMERALI.

Numeralis ostendit nullam illic esse syllabam aut dictionem, sed aliquem numerum. Et habet quinque figuras.

Prima	ά	}	*Ad chiliades pertinent.*
Secunda	α	}	
Tertia	ά̈	}	*Myriadum sunt*
Quarta	ᾱ	}	
Quinta	α΄		*Pro minutijs usurpatur.*

IX. DE DISTINCTIONIBVS.

Distinctiones sunt quatuor
- *Punctus. qui finem orationis aut sententiæ perfectæ indicat.*
- *Colon: sententiam completam, sed adhuc pendentem ostendit.*
- *Comma seu uirgula sic, sententiam non adhuc completam significat, aut sententiæ membrum.*
- *Interrogatiuus sic pictus; ostendit finem sententiæ interrogantis.*

Hæc de Orthographia & ratione bene & legẽdi & scribendi sufficiant: nunc ad Etymologiam transeamus, & pauca de orationis partibus dicamus.

DE PARTIBVS ORATIONIS.

Octo sunt partes orationis, ἄρθρον, ὄνομα, ῥῆμα, μετοχή, *id est* *Articulus. Nomen. Verbum. Participiũ.* ἀντωνυμία, σύνδεσμος, πρόθεσις, ἐπίρρημα, *hoc est* *Pronomen. Coniunctio. Præpositio. Aduerbium.*

DE ARTICVLO.

Articulus ἄρθρον dictus ab ἀρτάω, id est contraho, coniungo atq; coapto: quoniam membra orationis pulchrè coniungit, & inter se aptè ac compositè cohærere facit: item nominum casus & genera decernit. Quemadmodum enim sine articulis corporis flexiones (ut inquit Aristoteles περὶ κινήσεως τῶν ζώων) fieri non possint, neq; motus (totum enim corpus per illos coroboratur & compingitur) sic absq; his partes orationis flecti, moueri ac intelligi rectè non possunt. illæ enim per hos componuntur, efficiunturq; aptæ ac intellectu faciles.

Est

Articulus quid. Eſt autem articulus pars orationis caſualis, quæ præponit nominibus in declinando. ut, ὁ λόγος ſermo, ἡ δόξα gloria, τὸ ξύλον lignum. Romana lingua prorſus ignorat articulos præpoſitiuos: nullis enim uocibus latinis reddi ac exponi poteſt articulus hic. Quod autem nos uertemus per pronomen Demonſtratiuum hic, hæc, hoc, docendi facimus gratia: nõ quòd huius pronominis uim habeat. uerùm huius articuli uim ac naturam exactè diſcent pueri ex ſermone aut Gallico, aut Germanico. ut,

ὁ	πατὴρ	der vatter.	ὁ	Significat Germanis	der
ἡ	μητὴρ	die müter.	ἡ		die
τὸ	παιδίον	das Kindt.	τὸ		das.

Exemplum cauſa declarandi ſubijciam: ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια. hoc perfectè redditur Germanice, ich bin die warhait. ἡ ἀλήθεια, die warhait exprimitur Germanicé. Latinè ſic nemo poteſt exprimere, niſi Ego ſum ueritas: nam ſic, Ego ſum hæc ueritas, malè uerteret. Item ἑώρακα τὸν Καίσαρα, Germanus uerè exprimet, ich hab den Kaiſar geſehen. Latinè non poteſt ſic reddi, ut uis articuli deprehendatur. Nam uidi hunc Cæſarem, non rectè: quia Demonſtratiuè diceretur, ac ceu plures Cæſares eſſe intelligeretur. Itaque, ut ſummatim dicam, rectius & melius huius articuli uim percipiet puer ex Germanica lingua, quàm aliunde.

ACCI-

ACCIDENTIA ARTICVLI.

Articulo accidunt quatuor

- Genus
  - Masculinum ὁ
  - Fœmininum ἡ
  - Neutrum τό.
- Numerus
  - Singularis ὁ
  - Dualis τώ
  - Pluralis οἱ.
- Casus
  - Nominatiuus ὁ
  - Genitiuus τοῦ
  - Datiuus τῷ
  - Accusatiuus τόν.
- Cõpositio. cõponitur enim articulus
  - Prepositiuus cum
    - δὲ
      - ὅδε hic
      - ἥδε hæc
      - τόδε hoc
    - γε
      - ὅγε hic
      - ἥγε hæc
      - τόγε hoc.
      - (ὅδε … τόγε) Capiũtur pro demõstratiuis
        - οὗτος hic
        - αὕτη hæc
        - τοῦτο hoc.
    - μὲν, δὲ ut
      - ὁ μὲν hic quidem
      - ὁ δὲ ille uerò
      - τοῦ μὲν huius quidem
      - τοῦ δὲ illius uerò
      - οἱ μὲν, οἱ δὲ uel poeticè
        - τοὶ μὲν, hi quidẽ
        - τοὶ δὲ, illi uerò
      - τὰ μὲν, τὰ δὲ, τῇ μὲν, τῇ δὲ. Aduerbialiter pro
        - Partim quidẽ
        - Partim uerò
      - (ὁ μὲν … τῇ δὲ) Diuisionibus inseruiunt ista
  - Subiunctiuus cum
    - Infinito τὶς, νὸς
      - ὅστις quis
      - ἥτις quæ
      - ὅ,τι quod. differat ab ὅτι quia.
    - γε
      - ὅσγε qui
      - ἥγε quæ
      - ὅγε quod
    - περ
      - ὅσπερ qui
      - ἥπερ quæ
      - ὅπερ quod.

VSVS ARTICVLORVM.

Vsurpatur sæpe articulus

- *Præpositiuus pro*
  - Interrogatiuis, τῷ, pro τίνι, cui
  - Infinitis, εἴ τῳ, pro εἴ τινι, si alicui
  - Aduerbijs, τὸ δὴ, quamobrem.
  - Subiunctiuis. ut, τὴν οἱ πόρε φοῖβος Ἀπόλλων. τὴν pro ἣν. quam illi comparauit Apollo. Hom. τῶν ὅτι μεταπρέπῃ, &c. τῶν pro ὧν, quos minimè honore afficis. Et alia huiusmodi exempla, quorum multa sunt apud Hom.
  - Relatiuis. etenim pro αὐτῷ, illi; αὐτῇ illi; αὐτοῦ, illius — Vsurpatur: ὄσσε δ' οἱ πυρὶ λαμπετόωντι ἐΐκτην. οἱ pro αὐτῷ. oculi erant illi similes igni, Hom. Infinita sunt exempla apud Hom. Hesiodum, Pindarum, & alios.
  - Demonstratiuis. τῷ γὰρ ἐπὶ φρεσὶ θῆκε θεά, etc. τῷ pro τούτῳ. hunc enim admonuit Dea. Hom. ὁ γὰρ ἦλθε, hic enim uenerat. ὁ pro οὗτος. Idem.
- *Subiunctiuus, pro* — Demonstratiuis. ὃς, οἳ, ἣ, αἳ, ὃ, pro οὗτος hic, οὗτοι hi, αὕτη hæc, αὗται hæ, { οὗτος hic, τοῦτο hoc }: ἣν διὰ μαντοσύνην. ἣν pro ταύτην. propter hanc augurandi peritiã. Hom. ὃ σφιν ἀγορήσατο, pro οὗτος, Idem. hic ad illos uerba faciebat.

REGVLAE GENERALES INFLECTENDI.

Dualis nominatiuus, accusatiuus & uocatiuus semper sunt similes in uoce: item genitiuus & datiuus. Pluralis eodem modo nominatiuus & uocatiuus. Genitiuus plur. semper in omni declinatione desinit in ων.

Neutra habent tres similes casus in omni numero, nominatiuum nimirum, accusatiuum, & uocatiuum.

Item genitiuus & datiuus neutri generis adiectiui singularis & pluralis numeri, & integer dualis, suis masculinis similes sunt.

Articulus duplex	*Præpositiuus*	ὁ	*hic*
		ἡ	*hæc*
		τὸ	*hoc*
	Subiunctiuus	ὅς	*qui*
		ἥ	*quæ*
		ὅ	*quod*

INFLEXIO ARTICVLI PRAEPOSITIVI.

Masculinum.

Numerus	*Singularis*	Nom. ὁ	*Latinè, sed impropriè*	*hic*	*Rectius Germanicè exprimitur*	der	*Nō demōstratiuè.*
		Gen. τοῦ		*huius*		des	
		Dat. τῷ		*huic*		dem	
		Accus. τὸν		*hunc*		den.	
	Dualis	Nom. Accus. Vocatiu.	τὼ, *latinè*	*hi & hos*	*Germanicè* die.		
		Genit. Datiu.	τοῖν, *latinè*	*horū & hos*	*Germ.*	deren / denen	
	Pluralis	Nom. οἱ	*Lat.*	*hi*	*Germ.*	die	
		Gen. τῶν		*horum*		deren	
		Dat. τοῖς		*his*		denen	
		Accus. τοὺς		*hos*		die	

FOEMININVM.

Num.	*Singularis*	N.	ἡ	*Latinè*	*hæc*	*Germanicè ac uerè*	die
		G.	τῆς		*huius*		der
		D.	τῇ		*huic*		der
		A.	τὴν		*hanc*		die
	Dualis	N. A. V.	τὰ		*hæ has*		die
		G. D.	ταῖν		*harū his*		deren den
	Pluralis	N.	αἱ		*hæ*		die
		G.	τῶν		*harū*		deren
		D.	ταῖς		*his*		denen
		A.	τὰς		*has*		die

NEVTRVM.

Num.		Casus	Graece	Latinè	Germanicè ac propriè
	Singularis	N.	τὸ	hoc	das
		G.	τοῦ	huius	des
		D.	τῷ	huic	dem
		A.	τὸ	hoc	das
	Dualis.	N. A. V.	τὼ	hæc	die
		G. D.	τοῖν	horũ his	deren denen
	Pluralis	N.	τὰ	hæc	die
		G.	τῶν	horũ	deren
		D.	τοῖς	his	denen
		A.	τὰ	hæc	die

Annotatio. Articuli uocatiuum non habent; utuntur autem uice illius aduerbio uocandi ὦ ὁ, ad complendas ipsas declinationes.

Sic inflectuntur — ut:

ὅδε	τοῦδε
ἥδε	τῆσδε
τόδε	τοῦδε
ὅγε	τοῦγε
ἥγε	τῆσγε
τόγε	τοῦγε
ὁ μὲν	τοῦ μὲν
ὁ δὲ	τοῦ δὲ
ἡ μὲν	τῆς μὲν
ἡ δὲ	τῆς δὲ
τὸ μὲν	τοῦ μὲν
τὸ δὲ	τοῦ δὲ

Declina tantum articulum: particulas in fine adiunctas ne curato: solum ad quemque casum apponito illas.

INFLEXIO ARTICVLI SVBIVNCTIVI.

Articulus postpositiuus declinatur in

		N.	G.	D.	A.	
Masc.	S.	ὅς	οὗ	ᾧ	ὅν	*quis, cuius cui, quem.*
	D.	ὥ	οἷν	οἷν	ὥ	*qui duo, quorũ duorũ, quib. duob quos duos*
	P.	οἵ	ὧν	οἷς	οὕς	*qui, quorum, quibus, quos*
Fœm.	S.	ἥ	ἧς	ᾗ	ἥν	*quæ, cuius, cui, quam*
	D.	ἅ	αἷν	αἷν	ἅ	*q̃ duæ, quarũ duarũ, q̃bus duab. quas duas*
	P.	αἵ	ὧν	αἷς	ἅς	*quæ, quarũ, quibus, quas*
Neu.	S.	ὅ	οὗ	ᾧ	ὅ	*quod, cuius, cui, quod*
	D.	ὥ	οἷν	οἷν	ὥ	*quæ duo, quorũ duorũ, q̃bus duobus, q̃ duo*
	P.	ἅ	ὧν	οἷς	ἅ	*quæ, quorum, quibus, quæ.*

DECLINATIO τοῦ ὅστις.

Declinatur ὅστις

		N.	G.	D.	A.
Masc.	S.	ὅστις	οὗτινος	ᾧτινι	ὅντινα
	D.	ὥτινε	οἷντινοιν	οἷντινοιν	ὥτινε
	P.	οἵτινες	ὧντινων	οἷστισι	οὕστινας
Fœm.	S.	ἥτις	ἧστινος	ᾗτινι	ἥντινα
	D.	ἅτινε	αἷντινοιν	αἷντινοιν	ἅτινε
	P.	αἵτινες	ὧντινων	αἷστισι	ἅστινας
Neut.	S.	ὅ,τι	οὗτινος	ᾧτινι	ὅ,τι
	D.	ὥτινε	οἷντινοιν	οἷντινοιν	ὥτινε
	P.	ἅτινα	ὧντινων	οἷστισι	ἅτινα

Hæc ὅσγε, ἥγε, ὅγε, ὅσπερ, ἥπερ, ὅπερ, Declinet puer sicuti simplicem ὅς, ἥ, ὅ.

Hæc dicta sint hoc loco de Articulo. infrà, ubi de cōstructione agimus, plura reperientur. Nunc ad Nomen.

DE NOMINE.

Accidentia nominis.

Nomini accidunt septem.

1.	γένος	Genus
2.	εἶδος	Species
3.	σχῆμα	Figura
4.	ἀριθμός	Numerus
5.	πτῶσις	Casus
6.	πρόσωπον	Persona
7.	κλίσις.	Declinatio.

hoc est

DE GENERIBVS NOMINVM.

Genera nominū quinq;

	Id est	Cuius nota est articulus	ut
Ἀρσενικόν	Masculinū	ὁ	ὁ ἀνὴρ, uir
Θηλυκόν	Fœmininū	ἡ	ἡ δόξα, gloria
Οὐδέτερον	Neutrum	τὸ	τὸ γράμμα, litera
Κοινόν	Commune	ὁ καὶ ἡ	ὁ καὶ ἡ ἄνθρωπος, homo
Ἐπίκοινον	Epicœnū	ὁ	ὁ ἀετὸς, aquila.

Genus omne Græci raro habent: omnia enim adiectiua apud illos tribus terminationibus continentur, uel duabus, paucissima tribus, ut, ὁ, ἡ, τὸ ἅρπαξ rapax.

NOTIO GENERVM.

Tribus modis dignoscuntur genera. uel

- Declinatione. nomina enim, si sunt
  - Primæ simplicium, Tertiæ contractorum: Sunt generis Masculini tantum.
  - Secundæ simplicium, Quartæ contractorum: Fœminini sunt generis.
  - Tertiæ, Quartæ, Quintæ Simplicium, Primæ contractorum: Sunt uel
    - Masc.
    - Fœm.
    - Neut.
    - Comm.
  - Secundæ contractorum sunt uel
    - Masculina
    - Fœminina
    - Neutra.
  - Quintæ contract. sunt neutra.
- Præpositione uel
  - Articuli, qui si est
    - Masculinus
    - Fœmininus
    - Neuter
    - Eiusdem generis erit & nomen sibi adiunctum.
  - Adiectiuorum
    - Masc.
    - Fœm.
    - Neut.
    - Quæ annexa si sint substantiuis suis, illorum genera notant.
- Significatione. Nomina enim quæ pertinent ad regulas generales, quæ in Latina Grammatica sunt traditæ, illa fermè omnia idem genus obtinent, quod illæ regulæ eis attribuunt.

DE SPECIEBVS.

Species, εἴδη, sunt duæ

- πρωτότυπον, primitiuum. ut
  - πᾶς omnis
  - ὅλος totus
  - οὐρανός cœlum
- παράγωγον Deriuatiuum. ut
  - λόγιος sapiens
  - οὐράνιος cœlestis
  - Horũ deriuatiuorũ sunt 7 species
    - πατρωνυμικόν patronymicum
    - ὑποκοριστικόν Diminutiuum
    - κτητικόν Possessiuum
    - παρώνυμον Denominatiuũ
    - συγκριτικόν Comparatiuum
    - ὑπερθετικόν Superlatiuum
    - ῥηματικόν. Verbale.

DE

DE PATRONYMICIS.

- Patronymica sunt uel
  - Masculina, quæ terminationes habent tres.
    - δης, quæ formantur à nominibus declinationis uel.
      - Primæ, in qua ultimæ syllabæ
        - ας
        - ης
        - Mutantur in αδης. ut,
          - αἰνείας, αἰνειάδης, filius Aeneæ.
          - ἰφίτης, ἰφιτάδης, id est filius Iphitæ.
      - Tertiæ, quæ ß habet
        - ος purum, id in αδης
          - ἥλιος, ἡλιάδης, id est filius Solis.
          - λαέρτιος, λαερτιάδης, filius Laertij.
        - ος impurū, id in ιδης.
          - κρόνος, κρονίδης, filius Saturni.
          - πρίαμος, πριαμίδης, filius Priami.
      - Quintæ, in qua ος genitiui mutatur in ιδης
        - πέλοψ, πέλοπος
        - Δημοσθένης, εος
        - πηλεύς, genitiuus
          - έος
          - ῆος
        - inde
          - πελοπίδης
          - Δημοσθενίδης
          - πηλείδης & πηλεΐδης
          - πηληΐδης & πηληϊάδης.
    - ων, ut
      - Ατρείων
      - πηλείων
      - κρονείων
      - Formātur ab
        - Ατρείδης
        - πηλείδης
        - κρονείδης
      - Conuerso δης in ων sed Ionica hæc sunt: de quibus in libro tertio.
    - αδιος, ut ὑῤῥάδιος & similia, quæ Aeolica cum sint, infrà tradentur.
  - Fœminina, quæ exeunt uel in
    - ας
    - ις
    - Quæ fiunt à Masculinis
      - πριαμίδης
      - νεσσεΐδης
      - ἡλιάδης
      - βορεάδης
      - Abiecta sylla ba δη, fiunt fœminina patronymica
        - πριαμίς
        - νεσσεΐς
        - ἡλιάς
        - βορεάς
    - νη, quæ formātur à genitiuis pluralibus primitiui tertiæ declinationis. ubi si
      - Præcedit in penultima iota: fit, ιωνη. ut,
        - ἠέτιος
        - ἠετίων
        - ἰκάριος
        - ἰκαρίων
        - Addatur fini η, fit patron.
          - ἠετιώνη
          - ἰκαριώνη.
      - Non præcedit iota, facit patronymicum, fœm. in ινη. ut
        - ἄδραστος, ἀδράστων, addatur ινη, fit ἀδραστίνη.

DE

DE DIMINVTIVIS.

Formātur diminutiua uel à
- Proprijs: ἀ ζηνόδωρος, ζηνᾶς, Zenodorulus.
- Appellatiuis: ἀνθρωπίσκος homuncio, ab ἄνθρωπος

Hæc omnia uel sunt

Genus	Terminatio		Exempla			Primitiua	
Masculina, quorum terminationes sūt	ων dissyllabum	ut	βάχων	Bachonaster	Formantur à	βακχυλίδης	Bacho
	ων præcedēte iota		μωρίων	stultulus		μωρός	stultus
	αξ		ῥόδαξ	Rhodulus		ῥόδιος	Rhodius
	ας		ζηνᾶς	Zenodorulus		ζηνόδωρος	Zenodorus
	κος		παιδίσκος	puellus		ὁ παῖς	puer
	λος		ναυτίλος	nautulus		ναύτης	nauta
	υς		διονῦς	Bachulus		διόνυσος	Bachus
Fœminina, quę exeūt in	ω	ut	ὑψώ	Hypsipylula	Deriuantur ab	ὑψιπύλη	Hypsipyle
	ις		θεραπαινίς	ancillula		θεράπαινα	famula
	σκη		παιδίσκη	puella.		ἡ παῖς	puella
Neutra quæ desinunt uel in	ιον		ἀνθρώπιον	homunculus	Descendunt à	ἄνθρωπος	homo
			ἐπιστόλιον	literula		ἐπιστολή	epistola
	ιδιον		κυνίδιον	catellus		κύων	canis
	υδριον		λογύδριον	ratiuncula		λόγος	ratio
	υλλιον		μειρακύλλιον	iuuenculus		μεῖραξ	adolescens
	υφιον		ζωΰφιον	animalculū		ζῶον	animal
	αδιον		κρεάδιον	caruncula		κρέας	caro
	αριον		ποάριον	herbula.		πόα	herba
	αριδιον		βιβλαρίδιον	Libellus		βίβλος	liber
	ιδαριον		βιβλιδάριον			βίβλος	liber.

REGVæ

REGVLA FORMANDI DIMINVTIVA.

EX Primitiuis facilè formari possunt diminutiua, diligenter inspectis horum diminutiuorũ formationibus ac terminationibus. Fiunt autem plerunq; à nominatiuo, uel genitiuo, quorũ ultima in terminationem aliquam horum diminutiuorum mutata, fit regulariter diminutiuũ. ut, γράμμα litera, cuius genitiuus est γράμματος: ος ultima si conuertatur in terminationem aliquam, qualis est ιον, fit γραμμάτιον literula. Ad hũc modum formanda & alia.

DE POSSESSIVIS.

Possessiua deducũtur uel à Proprijs, uel Appellatiuis. Eaq; omnia exeunt uel in

εος	ἑκτόρεος	Hectoreus
αιος	ῥωμαῖος	Romanus
ιος	θαλάσσιος	Marinus
ειος	ἀνθρώπειος	Humanus
οιος	ἀλλοῖος	Diuersus
ωος	πατρῷος	Paternus
ακος	κυριακός	Dominicus
υκος	θηλυκός	Fœmininus
ικος	γραμματικός	Literatorius
ινος	ἀνθρώπινος	Humanus.
εις purum	ἀμαθόεις, χαρίεις	Significãt hæc plenitudinẽ ac abũdãtiã alicuius rei. ut hic: arenosus, gratiosus
ωδης	ἀνθρωπώδης, λιθώδης	humãus ualde, lapidosus.

REGVLA FORMANDORVM POSSESSIVORVM.

FOrmantur possessiua à nominatiuo, conuersa ultima sylla ba in terminationem quamcunq; possessiuorum. ut, ἄνθρωπος, ος migret in terminationem aliquam, ut in ιος, fit ἀνθρώπιος: uel ικος, ἀνθρωπικός: uel deniq; aliam quamuis. ινος, utpote ἀνθρώπινος. quorum omnium eadem est significatio, nempe humanus.

DE DENOMINATIVIS.

Denominatiua à singulis nominibus deduci possũt. sunt autem uel

- Masculina in ων, ut { θέων Deus, φίλων, amicus } Fiunt à { θεός Deus, φίλος amicus }
- Fœminina in { οτης, υτης, συνη } ut { φιλότης amicitia, ὀξύτης acrimonia, δικαιοσύνη iustitia } ueniunt à { φίλος, ὀξύς acutus, δίκαιος iustus. }
- Neutra exeunt in ιον, ut φίλιον familiare.

REGVLA.

VLtima syllaba nominis alicuius cõuersa in terminationem aliquam horum, fit denominatiuum. ut, βραχὺς breuis: υς in υτης, erit βραχύτης breuitas: & sic faciendum in alijs.

DE COMPARATIVIS, ET SVPERLATIVIS.

Cõparatio uel est

- Regularis in qua Positiuus exit in Comparatiuus in τερος. Superlatiuus in τατος
  - ο, ex quo fit
    - Compar. οτερος, Superl. οτατος } Præcedente ipsi ο longa uel { Natura, Positione } ut { πρᾶος πραότερος, ότατος. ἔνδοξος, ότερος, ότατος illustris
    - ωτερος & ωτατος } Præcedente breui, ut σοφὸς sapiens, σοφώτερος sapientior, σοφώτατος sapientiss.
  - ων, ας, ης, ης, ους, υς } ut
    - σώφρων, prudens, σωφρονέστερος, σωφρονέστατος
    - μέλας niger, μελάντερος nigrior, μελάντατος, nigerrimus
    - χαρίεις gratiosus, χαριέστερος gratiosior, χαριέστατος gratiosissimus
    - εὐσεβὴς pius, εὐσεβέστερος magis pius, εὐσεβέστατος, pientissimus
    - ἁπλοῦς simplex, ἁπλούστερος simplicior, ἁπλούστατος simplicissimus
    - εὐρὺς latus, εὐρύτερος latior, εὐρύτατος latissimus.
- Irregularis, cuius termina- ος ut
  - ἀγαθός, ἐσθλός } bonus. Comp. { ἀμείνων, ἀρείων, βελτίων & βέλτερος, κρείττων & κρείσσων, λωΐων } melior. Superl. { ἀγαθώτατος, ἄριστος, βέλτιστος, κράτιστος, λῷστος } optimus.
  - κακός malus. Comp. { κακίων, χείρων, χερείων } peior. Superl. { κάκιστος, χείριστος } pessimus.
  - καλὸς honestus, καλλίων honestior, κάλλιστος honestissimus
  - ἐχθρὸς inimicus, ἐχθίων inimicior, ἔχθιστος inimicissimus
  - ῥᾴδιος facilis, ῥᾴων, facilior, ῥᾷστος facilimus
  - λάλος loquax, λαλίστερος loquacior, λαλίστατος loquacissimus
  - φίλος amicus, φίλτερος amicior, φίλτατος amicissimus. pro { φιλώτερος, φιλώτατος } dicitur κατὰ συγκοπήν.
  - αἰσχρὸς turpis, αἰσχίων turpior, αἴσχιστος turpissimus

tiones sunt
- as, vs, ut
  - μέγας magnus. Com. μείζων maior, μέγιστος maximus
  - πολὺς multus, πλείων plus, sed masculino Græcè. πλεῖστος plurimus.

Duplex, ut ea, quæ desinūt in
- vs, ut
  - ταχὺς celer. Comp. { ταχίων, θάσσων, ταχύτερος } celerior. Superl. { τάχιστος, ταχύτατος } celerrimus.
  - βραχὺς breuis { βραχίων, βράσσων, βραχύτερος } breuior, βραχύτατος breuißimus, & βράχιστος.
  - βραδὺς tardus { βραδύτερος, βραδίων, βράσσων } tardior. { βραδύτατος, βράδιστος } tardißimus.
  - παχὺς craßus. Cō { παχίων, πάσσων, παχύτερος } craßior. Sup. { πάχιστος, παχύτατος } craßißimus.
  - γλυκὺς dulcis, ἡδὺς suauis, ὠκὺς uelox, βαθὺς profundus } habent in comparatiuo { υτερος &, ιων } in Superlat. { υτατος &, ιστος }
- os, ut μικρὸς paruus. Com. { μικρότερος, ἐλάττων, ἥττων, μείων } minor. Sup. ἐλάχιστος minimus.

Omnium adiectiuorum, quæ quidem comparantur, terminationes in præfixa habentur tabula: quare quomodo alia adiectiua quæ has habent terminationes, cōparari debent, exempla præcedentia docebūt.

Cõparantur &

		Hinc fiũt cõparat.	Et super.
Substantiua	κέρδος lucrum	κερδίων utilior	κέρδιστος utilißimus
Verba	βάλλω mitto	βέλτερος melior	βέλτιστος optimus
	φέρω fero	φέρτερος præstantior	φέρτιστος, φέριστος, φέρτατος præstantißimus
Aduerbia	ἄνω ſupra	ἀνώτερος ſuperior	ἀνώτατος ſupremus
	κάτω infra	κατώτερος inferior	κατώτατος infimus
	μάλα ualde	μᾶλλον magis	μάλιστα maximè
	πόῤῥω longè	ποῤῥώτερος longior	ποῤῥώτατος longißimus
	πέρα ultra	περαιτέρω ulterior	περαίτατος ultimus
	ἐγγὺς propè	ἐγγύτερος, ἐγγίων propior	ἐγγύτατος & ἔγγιστος pximus
	ἔξω extra	ἐξώτερος exterior	ἐξώτατος extremus
Participia	ἐῤῥωμένος robuſtus	ἐῤῥωμενέστερος robuſtior	ἐῤῥωμενέστατος robuſtiſſ.
Præpoſitiones	ὑπὲρ ſuper	ὑπέρτερος ſuperior	ὑπέρτατος ſupremus
	πρὸ ante.	πρότερος anterior.	πρώτιστος, πρότατος, πρῶτος primus

DE MOTIONE ADIECTIVORVM.

Quæ adiectiua tribus moueantur terminationibus.

Tribus terminationibus mouẽtur adiectiua, quæ exeunt in ρος, ος purum, ος impurum, ας, εις, υς oxytonum, ως περισπώμενον, ut

ὁ πονηρὸς malus	ἡ πονηρὰ mala	τὸ πονηρὸν malum	ρος	ρα	ρον
ὁ ἅγιος ſanctus	ἡ ἁγία ſancta	τὸ ἅγιον ſanctum	ος	α	ον
ὁ καλὸς pulcher	ἡ καλὴ pulchra	τὸ καλὸν pulchrum	ος	η	ον
ὁ μέλας niger	ἡ μέλαινα nigra	τὸ μέλαν nigrum	ας	αινα	αν
ὁ χαρίεις gratioſus	ἡ χαρίεσσα gratioſa	τὸ χαρίεν gratioſum	εις	εσσα	εν
ὁ ἡδὺς ſuauis	ἡ ἡδεῖα ſuauis	τὸ ἡδὺ ſuaue	υς	εια	υ
ὁ διπλοῦς duplex.	ἡ διπλῆ duplex.	τὸ διπλοῦν duplex.	ως	η	ουν.

EXCEPTIONES.

VNum est quod excipitur ab illis quæ in ος purum finiūt, nempe ὁ ὄγδοος octauus, ἡ ὀγδόη octaua, τὸ ὄγδοον octauum.

Ab illis in ας excipiatur ὁ πᾶς omnis, ἡ πᾶσα omnis, τὸ πᾶν omne, cum suis compositis, ἅπας omnis, & σύμπας uniuersus.

Exceptionem habent & illa in εις, ut εἷς unus, μία una, ἓν unū: ut & composita, οὐδείς nullus, οὐδεμία nulla, οὐδὲν nullum: sic & μηδείς nemo.

Notabunt pueri & hæc composita, ὁ τοιοῦτος talis, ἡ τοιαύτη talis, τὸ τοιοῦτο tale. Item ὁ τηλικοῦτος talis, ἡ τηλικαύτη, τὸ τηλικοῦτο: Sic τοσοῦτος tantus, & reliqua id genus.

Videtur & illud discedere ab illis in ους, quod est ὁ ἀργυροῦς argenteus, ἡ ἀργυρᾶ, τὸ ἀγυροῦν. Cætera omnia iuxta superiora sunt mouenda.

QVAE MOVEANTVR DVABVS.

Mouētur duab. terminationibus adiectiua in	*ης*	*ut*	*ὁ καὶ ἡ*	*ἀληθὴς, hic uerus & hæc uera*	*ης*	*ες*
			τὸ	*ἀληθές, hoc uerum*		
	ις		*ὁ καὶ ἡ*	*εὔχαρις, hic gratiosus & hæc gratiosa*	*ις*	*ι*
			τὸ	*εὔχαρι, hoc gratiosum*		
	υς barytona		*ὁ καὶ ἡ*	*ἄδακρυς, hic & hæc non lacrimans*	*υς*	*υ*
			τὸ	*ἄδακρυ, hoc non lacrimans*		
	ους barytona		*ὁ καὶ ἡ*	*πολύπους, hic & hæc multipes*	*ους*	*ουν*
			τὸ	*πολύπουν, hoc multipes*		
	ην		*ὁ καὶ ἡ*	*τέρην, hic tener & hæc tenera*	*ην*	*εν*
			τὸ	*τέρεν, tenerum*		
	ων		*ὁ καὶ ἡ*	*εὐδαίμων, hic & hæc fœlix*	*ων*	*ον*
			τὸ	*εὔδαιμον, hoc fœlix.*		

QVAE MOVEANTVR VNA.

PAucissima sunt quæ per unam terminationem uariantur, ut, ὁ, ἡ, τὸ ἅρπαξ, hic, hæc, hoc rapax. Item ὁ, ἡ, τὸ μάκαρ, hic, hæc, hoc fœlix: & alia sic, tria sub una uoce genera comprehendunt, sed pauca. *Trium generum motio.*

SVBSTANTIVORVM MOTIO.

MOuentur & ea apud Græcos substantiua quæ masculino generi ac fœminino pariter conueniunt, sed duobus tantum generibus, ut,

ὁ δικαστὴς hic iudex	Hinc fœminina sua fiunt. ut,	ἡ δικάστρια hæc iudex
ὁ ψάλτης cantor		ἡ ψάλτρια fidicina
ὁ πολίτης hic ciuis		ἡ πολῖτις hæc ciuis
ὁ δεσπότης dominus		ἡ δεσπότις & ἡ δέσποινα } domina.
ὁ παρακοίτης coniunx		ἡ παράκοιτις uxor
ὁ λέων hic leo		ἡ λέαινα leæna
ὁ θεράπων famulus		ἡ θεράπαινα famula
ὁ ἄναξ hic rex		ἡ ἄνασσα regina
ὁ βασιλεὺς Imperator		ἡ βασίλισσα ἡ βασίλεια } imperatrix
ὁ αὐλητὴς tibicen		ἡ αὐλητρία & ἡ αὐλητρίς } tibicina
ὁ κυβερνήτης gubernator		ἡ κυβερνητρία gubernatrix
ὁ δράκων hic draco.		ἡ δράκαινα hæc draco.

Ad eundem modum & alia huius generis ſubſtantiua mouenda, quorum fœmina ſemper referentur uel ad ſecundã declinationem ſimplicium, utpote quæ formabuntur per terminationem τρία. ut, ψαλτρία, ίας. uel ad quintam ſimplicium, ut quæ per ις, aut τρις fiunt. ut, ἡ πολῖτις, τῆς πολίτιδος. ἡ λῃστρίς, τῆς λῃστρίδος hæc latro &c.

De participiorum mouendorum ratione poſt quæque uerba quærendum.

DE VERBALIBVS

VErbalium quæ ſit ratio, hoc in loco ordine eſſet dicendum: ſed quia ante uerborum cognitionem intelligi poteſt minimè, poſtea uerbis omnibus abſolutis trademus. ſuperſunt iam reliqua nominis accidentia perſequenda: & primùm Figura.

DE FIGVRIS.

σχῆμα, figura uel eſt	ἁπλοῦν	id eſt	Simplex	ut	ἵππος equus
	σύνθετον		Compoſita		φίλιππος
	παρασύνθετον		Decompoſita		παραφιλιππίδης.

DE

DE NVMERIS.

ἀριθμοὶ numeri sunt tres
- ἑνικὸς, singularis. ut, ὁ κακὸς malus
- δυϊκὸς, dualis: quo utuntur Græci
  - Propriè in rebus uel
    - Natura binis: τὼ χεῖρε manus duæ; τὼ πόδε duo pedes
    - Fortuitò binis: τὼ κακὼ duo mali; τὼ ἀγαθὼ duo boni
  - Impropriè in pluribus. ut, χαίρετε ἄνδρε salvete uiri, nempe uos omnes, pro ἄνδρες.
- πληθυντικὸς, pluralis, οἱ κακοὶ mali.

DE CASIBVS.

πτώσεις, casus sunt uel
- ὀρθαὶ, recti

ὀνομαστικὴ	Nominatiuus	ὁ	θεὸς	Deus
κλητικὴ	Vocatiuus	ὦ	θεὲ	Dee

- πλάγιοι obliqui

γενικὴ	Genitiuus	τοῦ	θεοῦ	Dei
δοτικὴ	Datiuus	τῷ	θεῷ	Deo
αἰτιατικὴ	Accusatiuus	τὸν	θεὸν	Deum.

DE PERSONIS:

τὰ πρόσωπα personæ sunt duæ { τρίτον, tertia; δεύτερον, secunda } ut { σωκράτης; ὦ σώκρατες.

DE DECLINATIONIBVS.

Declinationes, κλίσεις sunt uel
- Simplices, quæ communem declinandi formam sequuntur, & nullam admittunt figuram, quarum aliæ sunt
  - Parisyllabicæ, in quibus obliqui non excedunt rectum numero syllabarum. ut
    - Prima } in { ας, & ης
    - Secunda } in { ας η
    - Tertia } in { ος ου
    - Quarta } in { ως ω
    - Diuisio nationum omnium.
  - Imparisyllabicæ, in quibus obliqui crescunt super rectum, ut facit quinta.
- Contractæ, quæ κράσει & συναιρέσει à communi inflectendi modo discedunt. ut,
  - Prima in ης, ες, ος
  - Secunda in ις, ι
  - Tertia in ευς
  - Quarta in ως, ω
  - Quinta in ας purũ, ρας.

DECLINATIONVM SIMPLIcium prima.

PRima declinatio est nominum in ας, uel ης masculinorum tantũ, teste Gaza, Chalcondyla, Chrysolora, qui huius declinationis nomina μόνον τῶν ἀρσενικῶν, id est solum masculinorũ esse affirmat. Quòd autem multi hodie ex recentioribus nomina in ης in hac declinatione communi adscribunt generi, non cum ipsis Græcis illos hac in re conuenire certum est: sed

ſed perſuaſi forſitan horum quorundam nominum ſignificatione, id auſi ſunt affirmare. Sed nos imitantes Græcos, omnia in hac declin. nomina ſolum eſſe maſculina ſtatuimus, idq; pręcipientibus Græcis. nam, licet multa huius declin. in ης nomina, præſertim uerbalia, ſpeciem habeant generis cōmunis, propterea quòd uiris pariter ac mulieribus conuenire uidentur: tamen hoc modo non ſunt communis generis apud Græcos, (niſi in ης terminata) ſicut apud Latinos, homo, latro, &c. Sed omnia in ης, ſi ſunt ἐπαμφοτερίζοντα, (ut nominat Gaza) hoc eſt, maſculinum ac fœmininum genus quodammodo includentia, maſculina ſunt tantum, & de ſe procreant fœminina propria. ut, ὁ πολίτης hic ciuis, ἡ πολῖτις hæc ciuis, facit fœmininum. ὁ στρατιώτης hic miles, ἡ στρατιῶτις hæc miles. ὁ λῃστής hic latro, ἡ λῃστίς hæc latro. Ita & hæc maſculina propria habent fœminina, ὁ εὐεργέτης beneficus, ὁ ἱκέτης ſupplex, ὁ θύτης ſacerdos, ὁ φυλακτής cuſtos, ὁ πρεσβύτης ſenex, & alia id genus reperias apud Gazam plurima, quæ ſaltem maſculina uult eſſe, ac fœminina fieri ex eis. Manifeſtum eſt itaq;, omnia in ης huius declinationis eſſe maſculina tantùm, nec unquàm communiter à Græcis inueniri uſurpata.

PARADIGMA IN
ας, αἰνείας.

		Nom.	Genitiu.	Datiu.	Accuſatiu.	Vocatiu.
Num.	Sing.	ὁ αἰνείας	τοῦ αἰνείου	τῷ αἰνείᾳ	τὸν αἰνείαν	ὦ αἰνεία
	Dual.	τὼ αἰνεία	τοῖν αἰνείαιν	τοῖν αἰνείαιν	τὼ αἰνεία	ὦ αἰνεία
	Plur.	οἱ αἰνεῖαι	τῶν αἰνειῶν	τοῖς αἰνείαις	τὰς αἰνείας	ὦ αἰνεῖαι.

PARADIGMA IN
ης, λῃστής.

		Nom.	Genitiu.	Datiu.	Accuſatiu.	Vocatiu.
Num	Sing.	ὁ λῃστής	τοῦ λῃστοῦ	τῷ λῃστῇ	τὸν λῃστήν	ὦ λῃστά
	Dual.	τὼ λῃστά	τοῖν λῃσταῖν	τοῖν λῃσταῖν	τὼ λῃστά	ὦ λῃστά
	Plur.	οἱ λῃσταί	τῶν λῃστῶν	τοῖς λῃσταῖς	τὰς λῃστάς	ὦ λῃσταί

Hoc modo inflectentur omnia alia huius declin. nomina, & omnino iuxta terminationem articuli prępoſitiui fœminini exit inflexio horum.

DE VOCATIVO.

Vocativus exit vel in
- α, in iis quæ desinunt vel in
  - ας, ὦ αἰνεία
  - της, ὦ λῃστά
  - ης, gentile, ὦ πέρσα
  - πης, ὦ κυνῶπα
  - } ἀ { αἰνείας, λῃστής, πέρσης, κυνώπης.
  - ης composita ἀ { μετρῶ, metior; πωλῶ, vendo; τρίβω, tero } ut, ὦ { γεωμέτρα, βιβλιοπῶλα, παιδοτρίβα
- η, quod fit in reliquis omnibus in ης finitis. ut, ὦ χρύση, ἀ χρύσης.

SECVNDA DECLINATIO.

Item secunda declinatio tantum fœmininorum est in α, vel η. ut, ἡ μοῦσα, ἡ τιμὴ honor. & sequuntur penitus inflexionem fœminini articuli, detracto saltem capitali eius τ, & τὴν, eorũ in α, accusatiui in αν versa, ut hic.

EXEMPLVM IN α

Num.	N.	G.	D.	A.	V.
Sing.	ἡ μοῦσα	τῆς μούσης	τῇ μούσῃ	τὴν μοῦσαν	ὦ μοῦσα.
Dual.	τὰ μούσα	ταῖν μούσαιν	ταῖν μούσαιν	τὰ μούσα	ὦ μοῦσα
Plur.	αἱ μοῦσαι	τῶν μουσῶν	ταῖς μούσαις	τὰς μούσας	ὦ μοῦσαι.

EXEMPLVM IN η.

Num.	N.	G.	D.	A.	V.
Sing.	ἡ τιμὴ	τῆς τιμῆς	τῇ τιμῇ	τὴν τιμὴν	ὦ τιμὴ
Dual.	τὰ τιμά	ταῖν τιμαῖν	ταῖν τιμαῖν	τὰ τιμά	ὦ τιμά
Plur.	αἱ τιμαί	τῶν τιμῶν	ταῖς τιμαῖς	τὰς τιμάς	ὦ τιμαί.

Nomina quæ desinunt in δα, θα, ρα & α purum, hoc est quod vocalem vel diphthongum ante se habet, retinent α finale in omnibus obliquis. ut, ἡ λήδα, τῆς λήδας, τῇ λήδᾳ, &c. Sic μάρθα, ἡμέρα, dies, φιλία amicitia. Item quæ ᾶ circumflexum habent in ultima, eodem modo seruant α in obliquis. ut, ἀθηνᾶ, τῆς ἀθηνᾶς, τῇ ἀθηνᾷ, & cætera, quæ veniũt ex cõtractione α puri, pro ἀθηνάα. *Obseruatio*

TERTIA DECLINATIO.

Tertia declinatio est nominum vel in
- *ος, quæ sunt vel*
  - *Masculina. ut, ὁ θεός Deus*
  - *Fœminina. ut, ἡ ὁδός via*
  - *Communia. ut, ὁ καὶ ἡ ἄνθρωπος hic & hæc homo*
  - *Epicœna. ut, ὁ ἀετός aquila.*
- *ον, quæ sunt tantum neutra. ut, τὸ καλὸν pulchrum.*

Facilis est hæc declinatio: incedit enim per omnia ut articulus ma-

lus masculini generis. At neutra in ον sequũtur terminationem articuli neutrius, ut in sequentibus manifestum est exemplis.

PARADIGMA MASCVLINI GENERIS.

		N.	G.	D.	A.	V.
Num.	Sing.	ὁ θεός	τοῦ θεοῦ	τῷ θεῷ	τὸν θεόν	ὦ θεὸς & θεέ
	Dual.	τὼ θεώ	τοῖν θεοῖν	τοῖν θεοῖν	τὼ θεώ	ὦ θεώ
	Plur.	οἱ θεοὶ	τῶν θεῶν	τοῖς θεοῖς	τοὺς θεοὺς	ὦ θεοί.

FOEMININI GENERIS.

		N.	G.	D.	A.	V.
Num	Sing.	ἡ ὁδὸς	τῆς ὁδοῦ	τῇ ὁδοῦ	τὴν ὁδὸν	ὦ ὁδέ
	Dual.	τὰ ὁδώ	ταῖν ὁδοῖν	ταῖν ὁδοῖν	τὰ ὁδώ	ὦ ὁδώ
	Plur.	αἱ ὁδοὶ	τῶν ὁδῶν	ταῖς ὁδοῖς	ταὶ ὁδοὺς	ὦ ὁδοί.

COMMVNIS GENERIS.

SIng. ὁ καὶ ἡ ἄνθρωπος, τοῦ καὶ τῆς ἀνθρώπου, τῷ καὶ τῇ ἀνθρώπῳ & sic ulterius pergendo casus per singulos, ut in masculino: tantum præponendi sunt singulis casibus articuli masculini ac fœminini generis in eodem casu.

NEVTRIVS GENERIS.

		N.	G.	D.	A.	V.
Num	Sing.	τὸ καλὸν	τοῦ καλοῦ	τῷ καλῷ	τὸ καλὸν	ὦ καλὸν
	Dual.	τὼ καλώ	τοῖν καλοῖν	τοῖν καλοῖν	τὼ καλώ	ὦ καλώ
	Plur.	τὰ καλὰ	τῶν καλῶν	τοῖς καλοῖς	τὰ καλὰ	ὦ καλά

Notanda hæc neutra	ἄλλο	*id est*	*aliud*	*Quæ abijciũt ν, in fine propter uocalē potißimũ in cõtextu orationis sequẽtem.*
	τηλικοῦτο		*tale*	
	τοιοῦτο		*tale*	
	τοσοῦτο		*tantũ*	
	τοῦτο		*hoc*	
	ἐκεῖνο		*illud*	
	αὐτὸ		*istud.*	

QVARTA DECLINATIO.

QVandoquidem quarta hæc declinatio propria est cùm Atheniensium, tum Doriensium, ea in secundo ac tertio libro locum habeat. Quare eò remittam pueros: & nunc ad sequentem ueniam.

QVINTA DECLINATIO IMPARI-
syllabica.

EXplicatæ sunt hactenus quatuor declinationes parisyllabicæ, in quibus obliqui pares cum recto habuere syllabas.

bas. Nunc ſequitur impariſyllabica, in qua genitiuus creſcit, & ſuperat nominatiuum ſyllaba una. Comprehendit ea ſub ſe omnia genera, & plurimas terminationes. Paradigma maſculini generis, ut, ὁ ἕλλην Græcus.

		N.	G.	D.	A.	V.
Num.	Sing.	ὁ ἕλλην	τοῦ ἕλληνος	τῷ ἕλληνι	τὸν ἕλληνα	ὦ ἕλλην
	Dual.	τὼ ἕλληνε	τοῖν ἑλλήνοιν	τοῖν ἑλλήνοιν	τὼ ἕλληνε	ὦ ἕλληνε
	Plur.	οἱ ἕλληνες	τῶν ἑλλήνων	τοῖς ἕλλησι	τοὺς ἕλληνας	ὦ ἕλληνες.

Sic inflectantur fœminina, communia, & genera omnia.

Paradigma nominum in ηρ, quæ ſyncopen patiuntur inter declinandum, ut ſunt ὁ πατὴρ pater, ἡ μήτηρ mater, θυγάτηρ filia, γαστὴρ uenter, Δημήτηρ Ceres, ἀνὴρ uir. *Excẽpla eorũ in ηρ patientia ſyncopen.*

Sing. ὁ πατὴρ, τοῦ πατέρος & πατρός, τῷ πατέρι & πατρί, τὸν πατέρα tantum (nam πάτρα quod ſignificat patriã) ὦ πάτερ. Dual. τὼ & ὦ πατέρε, πάτρε, τοῖν πατέροιν, πατροῖν. Plur. οἱ πατέρες, πάτρες, τῶν πατέρων tantum, (πατρῶν enim genitiuus eſt à πάτρα) τοῖς πατράσι, τοὺς πατέρας ſolum (quia πάτρας à πάτρα concideret cum πατράς) ὦ πατέρες πάτερες. Hoc pacto inflectes & μήτηρ, nam & hoc in iiſdem caſibus non admittit ſyncopem. Accuſatiuus enim eſt μητέρα, non μητρὰ, ad differentiam μήτρα, id eſt uulua, matrix: quæ differentia & in reliquis caſibus quibuſdã ſeruatur. Sing. ὁ ἀνὴρ, τοῦ ἀνέρος & ἀνδρὸς, τῷ ἀνέρι & ἀνδρί, τὸν ἀνέρα, ἄνδρα. ὦ ἄνερ. Dual. τὼ & ὦ ἀνέρε & ἄνδρε, τοῖν ἀνέροιν, ἀνδροῖν. Plur. οἱ ἀνέρες, & ἄνδρες, τῶν ἀνέρων, ἀνδρῶν, τοῖς ἀνδράσι, τοὺς ἀνέρας, ἄνδρας, ὦ ἀνέρες & ἄνδρες.

Γαστὴρ flectitur, ut πατήρ: & eaſdem recipit ſyncopas, ne cohæreat cum nomine γάστρα, quod ſignificat uas magnum & uentroſum. At θυγάτηρ in omnibus caſibus recipit ſyncopen, & nihil eſt quod uetat. τῆς θυγατέρος, & θυγατρὸς, τῇ θυγατέρι, θυγατρί, τὴν θυγατέρα, & θύγατρα & ſic in ſequentibus.

Δημήτηρ ſequitur inflexionem eiuſdem, nec quidquam prohibet, quo minus abſq; ſyncope inflectatur in omnibus caſibus. ut, τῆς Δημητέρος, τρὸς, τῇ Δημητέρι, τρί, τὴν Δημητέρα & Δημήτρα, & cætera.

PARADIGMA NEVTRI GENERIS, VT τὸ βῆμα, tribunal.

Num.	N.	G.	D.	A.	V.
S.	τὸ βῆμα	τοῦ βύματος	τῷ βύματι	τὸ βῆμα	ὦ βῆμα
D.	τὼ βήματε	τοῖν βημάτοιν	τοῖν βημάτοιν	τὼ βήματε	ὦ βύματε
P.	τὰ βύματα	τῶν βυμάτων	τοῖς βύμασι	τὰ βύματα	ὦ βήματα.

Iuxta has duas declinandi formulas omnia huius declinationis nomina inflectuntur.

TERMINATIONES QVINTAE DECLInationis.

Quinta declinatio definit uel in
- *Vocales*: α, ι, υ, ω
- *Consonantes*: ν, ξ, ρ, ς, ψ
- *Consonantes duas*: λς, νς, ρς

Harũ quædam denotant genus uel
- *Masculinũ ut*: ν, ξ, ρ, ς, ψ, λς, νς, ρς
- *Fœmininum*: ω, ν, ξ, ρ, ς, ψ
- *Neutrum*: α, ι, υ, ν, ρ, ς

Exẽpla singularum terminationum petantur ex alijs Grãmaticis: quia ferè omnes de bis scripsere copiose, maximè Demetrius Chalcondyla.

DE GENITIVO.

MAgna est uariatio genitiui in singulis fermè nominib: ita ut breuibus hæc non possit explicari præceptis: quare ad alios, qui & diligentissimè & perfectissimè de hac scripserunt, adolescentes mittam. Non enim mei est instituti, ea recensere quæ ab alijs cùm melius tum perfectius sunt explicata: sed quæ uel necessaria uel obscura deprehendero. Quare formaturi adolescentes genitiuos in hac declinatione, adiungant ut plu-

ut plurimum ad nominatiuum syllabam ος, fiet genitiuus. ut, ὁ ἕλλην, addendo ος, fit ἕλληνος genitiuus. & sic in alijs cõpluribus.

DE ACCVSATIVO.

Accusatiuus in quinta declinatiõe exit uel in

- ιν, ων — Nominum in ις, υς — ut ὄφις serpens, βότρυς racemus — Quorum genitiuus habet ος purum, ut ὄφιος, βότρυος — Accus. τὸν ὄφιν, βότρυν.
- ιν, ιδα, ων, υδα — Barytonorũ in ις, υς — ut ἔρις contentio, νέηλυς nouitius — Quorum genitiuus habet ος impurum ἔριδος, νεήλυδος — Ac. τὴν ἔριν & ἔριδα; τὸν νέηλυν & νέηλυδα.
- αυν eorum in αυς, ut ναῦς nauis, γραῦς anus — Accus. fit ναῦν, γραῦν.
- ουν & α sed rarius — Desinentium in ους, ut βοῦς, bos. Accus. τὸν βοῦν & βόα.
- α in cæteris, præter ista, omnibus, ut τὸν ἕλληνα, τιτᾶνα, πατέρα, &c. — α — ἕλλην Græcus, τιτάν, πατὴρ pater.

Accus. quintæ.

ις	ιν
υς	υν
ις	ιν, ιδα
υς	υν, υδα
αυς	αυν
ους	ουν
	α

DE VOCATIVO.

Vocatiuus similis est nominatiuo. ut, ὁ μάκαρ, beatus, ὦ μάκαρ.

Vocatiuus.

EXCIPIVNTVR

Nomina per ντος inflexa, quæ ablata τος, & ν seruata, formant uocatiuum. ut, αἴας αἴαντος, ὦ αἶαν. & αἶα poeticè.

I. αν

II. εν Adiectiua ην & εις, quorum neutra sunt εν, ab iisdem neutris faciunt uocatiuum. ut, ὁ καὶ ἡ χαρίεις gratiosus, τὸ χαρίεν gratiosum, ὦ χαρίεν in uocatiuo, tantum præposito ὦ neutro. Sic ὁ καὶ ἡ τέρην tener, τὸ τέρεν tenerum ὦ, τέρεν, &c.

III. ορ Grauitona in ηρ formant in ορ uocatiuum. ut, μήτηρ ὦ μῆτορ mater.

His addantur oxytona	πατήρ pater	Voc. ὦ	πάτορ	accentu in penultima.
	δαήρ leuir		δάορ	
	σωτήρ saluator		σῶτορ	
	ἀνήρ uir.		ἄνορ	

IIII. ευ Nomina in ευς & ους abiecto ς faciunt uocatiuum. ut, ὁ βασιλεὺς rex, ὦ βασιλεῦ, ὁ βοῦς bos. ὦ βοῦ, exceptis ὁ πoὺς & ὀδοὺς, quę habent ὦ πoὺς & ὦ ὀδοὺς, pes, dens. ad differentiam aduerbiorũ ποῦ ubi, & ὀδοῦ obiter.

V. ι.υ Grauitona in ις & υς deponũt ς in uocatiuo. ut, ὄφις serpens, βότρυς racemus. ὦ ὄφι, βότρυ. quibus additur ὦ παῖ, à παῖς puer.

VI. ες Barytona in ης quorũ genitiuus habet εος, uocatiuum faciũt ης in ες conuerso ac in antepenultimam retracto accentu. ut, Δημοσθένης Δημοσθένεος ὦ Δημόσθενες. Oxytona seruant accentũ immobilem. ut, ἀληθὴς uerus, ὦ ἀληθές.

VII. ον Polysyllaba quædam composita in ων, constituũt uocatiuũ in ον, accentu in antepenultimam reducto. ut, ὁ ἀπόλλων, ἀπόλλωνος ὦ ἄπολλον. Sic Ἀγαμέμνων, ὦ ἀγάμεμνον, & cætera.

DE

DE DATIVO PLVRALI.

Datiuus fit à Datiuo singulari, idq;

- Interpositione ς ante ι, ut ἡ πόλις ciuitas, τῇ πόλει unde ταῖς πόλεσι.
- Conuerſione (ſi adſint) literarum { δ, ν, τ, θ } in ς, ut { λαμπάδι, τιτᾶνι, λέβητι, ὄρνιθι } Mutatis literis ante ι in σ fit τοῖς { λαμπάσι facibus, τιτᾶσι, λέβησι lebetibus, ὄρνισι, auibus } — δι σι, νι σι, τι σι, θι σι
- Productione penultimæ breuis uel per
  - Diphthongum, ut { λέοντι, θέντι } τοῖς { λέουσι, leonibus, θεῖσι, ponentibus. } — οντι ουσι, εντι εισι
  - Extenſionem breuis ancipitis, uel { α, ι, υ } ut { αἴαντι, ἕλμινθι, τίρυνθι } τοῖς { αἴασι, ἕλμισι, lumbricis, τίρυσι. } — αντι ασι, ινθι ισι, υνθι υσι
- Mutatione ι finalis in ασι eorum quæ inter declinandum patiuntur ſyncopen { πατρί, μητρί, ἀνδρί, θυγατρί } Iota finali commutato in ασι fit Datiu. { τοῖς πατράσι patribus, ταῖς μητράσι matribus, τοῖς ἀνδράσι uiris, ταῖς θυγατράσι filiabus, &c. } — ρι ασι
- Nominatiuo adiectione ι, in nominibus deſinentibus in { ψ, ξ, ευς, ους } ut { ἄραψ, ἅρπαξ, βασιλεὺς, βοῦς } τοῖς { ἄραψι, ἅρπαξι rapacibus, βασιλεῦσι regibus, βουσὶ, bobus, præter τοῖς ποσὶ à (πὼς pes } — ψ ψι, ξ ξι, ευς ευσι, ους ουσι

Obſeruabunt itaq; ſtudioſi penultimã ſingularis datiui. Ea enim ſi longa fuerit ſiue natura, ſiue poſitione, longa fit & penultima pluralis datiui. Atqui ſi breuis penultima ſingularis:

ris, breuis manebit quoque penultima pluralis datiui. ut, *κρείττων* melior. *τῷ κρείττονι, τοῖς κρείττοσι*, non *κρείττουσι*.

Terminationes casuum per omnes declinationes simplices, quibus diligenter inspectis, facile omnia harum declinationum nomina inflectentur.

Numerus

Terminationes declinationis					Sing.				Dual.		Plur.				
			N.		G.	D.	A.	V.	NA.	GD.	N.	G.	D.	A.	V.
Primae, ut	Αἰνείας	ας		Masc	ου	ᾳ	αν	α	α	αιν	αι	ῶν	αις	ας	αι
	χρύσης	ης				ῃ	ην	η							
Secundae, ut	τιμή	η		Foem.	ης	ῃ	ην	η	α	αιν	αι	ῶν	αις	ας	αι
	ἡμέρα	α			ας	ᾳ	αν	α							
Tertiae, ut	λόγος	ος		Masc. Foem. Com.	ου	ῳ	ον	ε	ω	οιν	οι	ων	οις	ους	οι
	ξύλον	ον		Neut.				ον			α			α	α
Quintae, ut	βῆμα	α		Omnis generis	ος	ι	α	α	ε	οιν	ες	ων			
	μέλι	ι						ι							
	πῶυ	υ						υ					σι	ας	ες
	ἕλλην	ν						ν							
	ἄναξ	ξ						ξ					ξι		
	ἀνήρ	ρ					ν	ρ							
	αἴας	ς						ς					ψι	α	α
	κύκλωψ	ψ						ψ							

DE CONTRACTIS DECLINATIONIBVS.

HAec de quinque simplicibus declinationibus linguae quidem communis praecepta sufficiant. iam reliquas quinque contractas breuiter ac ut communis postulat dialectus, perstringamus, relictis ijs quae ad caetera idiomata pertinent. Contractae cur. Dicuntur contractae sequentes quinque declinationes, propterea quod in obliquis patiuntur contractionem & commixtionem duarum syllabarum in unam. Et haec causa est, quare has quinque grammatici constituere seorsim declinationes. Pertinent enim istae utpote non contractę ad declinationem quintam simplicium,

plicium, cuius planè in declinando formam sequuntur. Verùm cum Græci omnino malum uocalium concursum oderint, propter δυσφωνίαν & breuitatem nomina quintæ declinationis, quæ impura terminatione inflectuntur, pura per contractionem inflecti uoluere. Cum itaque receperunt contractionem, non amplius ad simplices, sed contractas declinationes referuntur.

Cōtractæ declinationes fiunt uel p	*Synæresim, quæ est duarū uocaliū seruatarum in unam dipht. cōtractio. ut si*	εϊ, οϊ, αϊ	in	ει, οι, ᾳ	ut	βασιλέϊ, βασιλεῖ regi; λητόϊ, λητοῖ; κρέαϊ, κρέᾳ carnibus	*Synæresis. facta contractione utræq; uocales manent.*
	Crasim, quæ est duarū uocaliū, uel uocalis & dipht. cōmutatarū in unā uocalē seu dipht. cōmixtio, ut si	εα, εε, εο, οο, εοι, οα, αω, αο, αα, αε, αοι	in	η, ει, ου, οι, ω, α, ῳ	ut	ἀληθέα, ἀληθῆ, uerum; βασιλέες, βασιλεῖς, reges; Δημοσθένεος, Δημοσθένους; λητόος, λητοῦς; ἀληθέοιν, ἀληθοῖν, uerorum duorum; λητόα, λητώ; κρεάων, κρεῶν, carnium; κρέαος, κρέως, carnis; κρέαα, κρέα, carnes; κρέαε, κρέα, carnes; κρεάοιν, κρεῷν.	*Crasis.*

Sciendum itaque, omnem synæresim fieri semper uel ex duabus breuibus uocalibus in uocalem longam, uel dipht. aut ex breui fieri & longa in longam, ut in præcedentibus patet exemplis. Quòd si præcedat longa, & sequatur breuis, non fiet contractio: ut βασιλῆος regis, nisi poeticè, ubi tunc breuis tantum abijcitur, ut, ἥρωος, abiecta breui fit ἥρως, contractè.

DE PRIMA DECLINATIONE CONTRActorum nominum.

PRima hæc declinatio continet nomina contracta in ης, masculini, fœminini, ac communis generis: & in ος ac ον, neutri. Sunt itaque huius declinationis omnia nomina in ης ος, & ος, quorum genitiuus flectitur per εος.

Contractio uerò in hac declinatione fit, quoties ε cum uocali aliqua concurrit, ut in sequentibus fit manifestum.

Formula terminationum & contractionum singulorum casuum

PRIMAE DECLINATIONIS.

		Nomin.	Genit.	Datiu.	Accus.	Vocat.
Num.	Sing.	ης ες ος	εος, ους	εϊ, ει	εα, η ες ος	ες ες ος
	Dual.	εε, η	έοιν, οῖν	έοιν, οῖν	εε, η	εε, η
	Plur.	εες, εις εα, η εα, η	εων, ῶν	εσι	εας, εις εα, η εα, η	εες, εις εα, η εα, η

PARADIGMA IN ης, Δημοσθένης.

Sing. ὁ Δημοσθένης, τοῦ Δημοσθένεος, Δημοσθένους, τῷ Δημοσθένεϊ, Δημοσθένει, τὸν Δημοσθένεα, Δημοσθένη, ὦ Δημόσθενες.

Dual. τὼ & ὦ Δημοσθένεε, θένη, τοῖν Δημοσθενέοιν, θενοῖν.

Plur. οἱ & ὦ Δημοσθένεες, θένεις, τῶν Δημοσθενέων, θενῶν, τοῖς Δημοσθένεσι, absq; contractione. τοὺς Δημοσθένεας, θένεις. Sic inflectes cōmunia, ut ὁ καὶ ἡ ἀληθὴς uerax, &c.

PARADIGMA IN

ες, ἀληθὲς uerum.

Sing. τὸ ἀληθές, τοῦ ἀληθέος, ἀληθοῦς, τῷ ἀληθέϊ, ἀληθεῖ, τὸ ἀληθές, ὦ ἀληθές.

Dual. τὼ & ὦ ἀληθέε, ἀληθῆ, τοῖν ἀληθέοιν, θοῖν.

Plural. τὰ ἀληθέα, θῆ, τῶν ἀληθέων, θῶν, τοῖς ἀληθέσι, τὰ ἀληθέα, θῆ, ὦ ἀληθέα, θῆ.

Hoc modo inflectenda sunt in ος substantiua, aliaq; omnia huius declinationis.

Datiuus pluralis nō contrahitur in declinationibus his: sed exit, formaturq; ut in quinta (ad quam refertur) simplicium.

Notandum prætereа in his declin. si accentus ante cōtractionem penultimam occupat syllabam, post contractionem tenebit ultimam, eritq; circumflexus. ut, τοῦ ἀληθέος ἀληθοῦς. Si uerò in antepenultima sit ante contractionem, occupabit facta contractione penultimam, & manebit ubi prius erat. ut, τοῦ Δημοσθένεος, Δημοσθένους.

DE SECVNDA DECLINATIONE.

SEcunda declinatio est masculinorum & fœmininorum in ις, ι & : & neutrorum in ι, ιος. ut, ὁ ὄφις serpens. ἡ πόλις ciuitas. τὸ σίνηπι, sinapi.

FORMVLA CASVVM ET CONTRACTIONVM.

Num		N.	G.	D.	A.	V.
	Sing.	ις / ι	ιος	ιϊ, ι	ιν	ι / ι
	Dual.	ιε	ιοιν	ιοιν	ιε	ιε
	Plur.	ιες, ις / ια, ι	ιων	ισι	ιας, ις / ια, ι	ιες, ις / ια, ι

Iuxta hanc tabellã facile singula huius declin. nomina possunt inflecti.

PARADIGMA IN ις.

Num.		N.	G.	D.	A.	V.
	Sing.	ὁ ὄφις	τοῦ ὄφιος	τῷ ὄφιϊ & ὄφι	τὸν ὄφιν	ὦ ὄφι
	Dual.	τὼ ὄφιε	τοῖν ὀφίοιν	τοῖν ὀφίοιν	τὼ ὄφιε	ὦ ὄφιε
	Plur.	οἱ ὄφιες ὄφις	τῶν ὀφίων	τοῖς ὄφισι	τοὺς ὄφιας ὄφις	ὦ ὄφιες & ὄφις

PARADIGMA IN ι.

Num.		N.	G.	D.	A.	V.
	S.	τὸ σίνηπι	τοῦ σινήπιος	τῷ σινήπιϊ & σινήπι	τὸ σίνηπι	ὦ σίνηπι
	D.	τὼ σινήπιε	τοῖν σινηπίοιν	τοῖν σινηπίοιν	τὼ σινήπιε	ὦ σινήπιε
	P.	τὰ σινήπια σινήπι	τῶν σινηπίων	τοῖς σινήπισι	τὰ σινήπια σινήπι	ὦ σινήπια & σινήπι

Solùm in declinatione contractio fit in datiuo singulari, nominatiuo, accusatiuo et uocatiuo plurali, in quibus ι breue cum sequente uocali in longam ι contrahitur.

Nomina huius declinationis cõmuniter declinata, minimè sunt autoribus usitata, sed poetis ac Doribus nõnunquam. Vtuntur autem pro cõmuni hac declinandi forma Attica: de qua in lib. 2. & in 3. de Ionica eorundem nominum inflectendorum forma habetur.

DE TERTIA DECLINATIONE.

OMnia nomina in ευς masculina ad hanc pertinẽt declinationem. Fit autem contractio hic ut in prima: & ij casus contractionem patiuntur, qui in secunda præcedente, addito dualis nominatiuo & accusatiuo, hoc pacto.

FORMVLA DECLINANDORVM NOMINVM IN εῦς, ut βασιλεὺς, rex.

Num.	N.	G.	D.	A.	V.
Sing.	εὺς	έος	εῖ & εῖ	έα	εῦ
Dual.	έε & ῆ	έοιν	έοιν	έε & ῆ	έε & ῆ
Plur.	έες & εῖς	έων	εῦσι	έας & εῖς	έες & εῖς

PARADIGMA IN εὺς.

Sing. ὁ βασιλεὺς, τοῦ βασιλέος, τῷ βασιλέϊ & βασιλεῖ, τὸν βασιλέα, ὦ βασιλεῦ.

Dual. τὼ & ὦ βασιλέε & βασιλῆ, τοῖν βασιλέοιν.

Plur. οἱ βασιλέες & βασιλεῖς, τῶν βασιλέων, τοῖς βασιλεῦσι, τοὺς βασιλέας & βασιλεῖς, ὦ βασιλέες & βασιλεῖς.

Quomodo cęterę linguæ huius declinationis nomina infle ctent, in ſequentibus libris oſtenditur.

DE QVARTA DECLINATIONE.

QVarta eſt omnium nominum in ω & ως fœmininorũ. ut ἡ λητώ, ἡ αἰδώς uerecundia. Contractio fit in omnibus caſibus numeri ſingularis: at in duali & plurali inflectit̃ ut tertia ſimplicium declinatio, ut hic.

FORMVLA HVIVS DECLINATIONIS.

Num.	N.	G.	D.	A.	V.
Sing.	ω ως	οος & ους	οῖ & οῖ	οα & ω	οῖ & οῖ
Dual.	ω	οιν	οιν	ω	ω
Plur.	οι	ων	οις	ους	οι.

PARADIGMA IN ω.

N.	N.	G.	D.	A.	V.
S.	ἡ λητώ	τῆς λητόος, λητοῦς	τῇ λητόϊ λητοῖ	τὴν λητόα λητώ	ὦ λητοῖ, λητοῖ
D.	τὰ λητώ	ταῖν λητοῖν	ταῖν λητοῖν	τὰ λητώ	ὦ λητώ
P.	αἱ λητοί	τῶν λητῶν	ταῖς λητοῖς	τὰς λητοὺς	ὦ λητοί.

Non aliter flectuntur illa in ως, ut ἡ αἰδώς, τῆς αἰδόος, αἰδοῦς & c.

DE QVINTA DECLINATIONE.

OMnia neutra in ας purum & ρας ſi huius ſint declinationis, flectũtur cõtractè, depoſito τ ex genitiuo. Et quoniã hoc Ionicè tantũ ac Atticè fiat, tradet̃ ea inflexio libris poſteriorib. Comunis ſiquidem dialectus nomina iſta ας & ρας inflectit ut quinta

quinta (ad quam pertinent) postulat inflexio simplicium. Sunt itaque linguæ cõmunis ad uniuersum declinationes octo: quatuor simplices, ac totidem contractæ.

Nomina contracta q̃ ad priores declinationes non possunt referri, sunt uel

- *Ὁλοπαθῆ, quæ in omnibus casibus contrahuntur, ut sunt nomina declinationis*
  - Tertiæ
    - *Substãtiua in*
      - *ος, ut*
        - *νόος mens*
        - *ῥόος fluxus*
        - *πλόος nauigatio, cum compositis*
          - *ἐπίπλοος adnauigatio*
          - *ἔκπλοος, denauigatio, &c.*
      - *ον, ut ὀστέον, os ossis.*
    - *Adiectiua in εος, ut*
      - *ἁπλόος ἁπλόη ἁπλόον simplex,*
      - *χρύσεος χρυσέη χρύσεον, aureus, a, um*
      - *ἀργύρεος ἀργυρέα ἀργύρεον, argenteus, a, um*
      - *χάλκεος χαλκέη χάλκεον, æreus, a, um.*
  - *Quintæ finiẽtia uel in* *αϊς, εης, οεις, ηεις, εαρ* — *Quæ cõtrahuntur in* *αῖς, ῆς, οῦς, ῆς, ῆρ* — *ut*
    - *πάϊς παῖς puer*
    - *ἡρακλέης κλῆς*
    - *πλακόεις κοῦς, uagabundus*
    - *τιμήεις μῆς, preciosus*
    - *κέαρ κῆρ, cor, &c.*
- *Ὀλιγοπαθῆ, quæ in paucis casibus cõtrahũtur, ut sunt nomina quintæ declin. in*
  - *υς εος, oxytona quæ contrahuntur in*
    - Datiuo sing.
    - Nom. Accus. Vocat. — Plurali. ut, *ὁ ἡδὺς suauis, τοῦ ἡδέος, τῷ ἡδέϊ & ἡδεῖ, οἱ & ὦ ἡδέες, ἡδεῖς, τοὺς ἡδέας, ἡδεῖς.*
  - *ῦς υος, barytona contrahuntur in*
    - Nom. Accus. Vocat. — Plur. ut *οἱ βότρυες βότρυς, τοὺς βότρυας βότρυς, ὦ βότρυες βότρυς* — *ὁ βότρυς, υος, racemus.*
  - *Imparisyllabica in ους, iisdem casibus scilicet*
    - Nom. Accus. Vocat. — Plur. ut *οἱ βόες βοῦς, τοὺς βόας βοῦς, ὦ βόες βοῦς* — *ὁ βοῦς τοῦ βοός, bos.*

INFLEXIO NOMINVM ὁλοπαθῶν.

			Nom.	Gen.	Dat.	Acc.	Voc.
Num.	Sing.	Masc.	ἁπλόος, οῦς	όου, οῦ	όῳ, ῷ	όον, οῦν	όε, οῦ
		Fœm.	ἁπλόη, ῆ	όης, ῆς	όῃ, ῇ	όην, ῆν	όη, ῆ
			χρυσέη, ῆ	έης, ῆς	έῃ, ῇ	έην, ῆν	έη, ῆ
		Neut.	χρύσεον οῦν	έου, οῦ	έῳ, ῷ	εον, οῦν	εον. οῦν
	Dual.	Masc.	ἁπλόω, ὼ	όοιν, οῖν	όοιν, οῖν	όω, ὼ	όω, ὼ
		Fœm.	ἁπλόα, ᾶ	όαιν, αῖν	όαιν, αῖν	όα, ᾶ	όα, ᾶ
			χρυσέα, ᾶ	έαιν, αῖν	έαιν, αῖν	έα, ᾶ	έα, ᾶ
		Neut.	χρυσέω, ὼ	έοιν, οῖν	έοιν, οῖν	έω, ὼ	έω, ὼ
	Plur.	Masc.	ἁπλόοι, οῖ	όων, ῶν	όοις, οῖς	όους, οῦς	όοι, οῖ
		Fœm.	ἁπλόαι, αῖ	όων, ῶν	όαις, αῖς	όας, ᾶς	όαι, αῖ
			χρυσέαι αῖ	έων, ῶν	έαις, αῖς	έας, ᾶς	έαι, αῖ
		Neut.	χρύσεα, ᾶ	έων, ῶν	έοις, οῖς	εα, ᾶ	εα, ᾶ.

Fœminina ἁπλόη, χρυσέη &c. à masculinis fiũt more Ionico, pro ἁπλόα, χρυσέα, teste Gaza.

Cęterùm alia nomina quę ὁλοπαθῆ sunt, omnia iuxta hanc superiorem declinandi formulam inflectentur. Præter illa in εύς, quæ primæ declinationis crasin sequuntur, addito quoq; datiuo plurali. ut, ἡρακλέεσι ἡρακλῆσι, &c. In οῦς autem cõtractio fit in singulis casibus in ου. & uocatiuus fit in ου, ut ὦ σιμοῦ & σιμοῦν. Præterea & illa in ήεις contrahuntur semper in ῆ. ut, τιμήεις, ῆς, τιμήεντος, ῆντος, &c.

DE HETEROCLITIS.

Anomala genere.

Masculina in plurali neutra.

ὁ { δεσμός uinculũ, ἐρετμός remus, ζυγός iugum } τὰ { δεσμά, ἐρετμά, ζυγά.

ὁ { μοχλός sera, νῶτος humerus, σταθμός statera } τὰ { μοχλά, νῶτα, σταθμά:

ὁ { κύκλος circulus, λύχνος lucerna, τράχηλος collum, δίφρος sella } τὰ { κύκλα, λύχνα } etiam τοὺς { κύκλους, λύχνους. τράχηλα, δίφρα }

Fœminina in plurali neutra.

ἡ κέλευθος uia. τὰ κέλευθα.

Communia in plurali neutra.

ὁ καὶ ἡ τάρταρος, tartarus, τὰ τάρταρα.

Fœminina in duali masculina.

τὼ	χεῖρε	Nominatiui	Dualis tantum, ab ἡ	χείρ	manus
	πόλιε			πόλις	ciuitas
	γυναῖκε	Accusatiui		γυνή	mulier
	ὁδὼ			ὁδός	uia.

Anomala declinatione.

QVAEDAM PRIMAE ET SECVNDAE DECLINAtionis sunt simplicium.

λαχης	τοῦ	λάχου	τοῦ	λάχητος
κομης dux		κόμου		κόμητος
μύκης fungus		μύκου		μύκητος
ἄρης Mars		ἄρου		ἄρητος & ἄρεος, contractè ἄρους
θαλῆς		θαλοῦ		θάλητος.

QVAEDAM AD QVARTAM ET QVINTAM referuntur:

ἥρως heros	τοῦ	ἥρωος	Et τοῦ	ἥρω
μίνως		μίνωος		μίνω
γέλως risus		γέλωτος		γέλω
ἔρως amor		ἔρωτος		ἔρω

Sed hoc fit Atticorũ more: quare de his infrà.

QVAEDAM AD TERTIAM ET QVINTAM.

Ἀπὸ ποὺς composita. ut	δίπους bipes	τοῦ	δίποδος	Et τοῦ	δίπου
	τρίπους tripes		τρίποδος		τρίπου
	τετράπους quadrupes		τετράποδος		τετράπου
	βραδύπους tardigradus		βραδύποδος		βραδύπου
	οἰδίπους, &c.		οἰδίποδος		οἰδίπου

QVAEDAM INDECLINABILIA SVNT, QVAE NImirum per apocopen, uel aliam quandam passionem usurpata inueniuntur. ut,

δῶ	pro	τὸ δῶμα	domus	Itē	ἄλφι	pro τὸ	ἄλφιτον farina
κρῖ		ἡ κριθή	ordeum		τρόφι		τρόφιμον plenum
λίπα		τὸ λιπαρόν	pingue		κάρα		κάρηνον caput
κρῆς		τὸ κρέας	caro		γλάφυ		γλαφυρὸν antrum
γλαύ		ἡ γλήνη	pupilla		γάλα		γάλαξ lac
ἔρι		τὸ ἔριον	lana		ὕφα		ὕφασμα textura.
σκέπα		τὸ σκέπασμα	tegmen		ἄλειφα		ἄλειφαρ pinguedo.

Horum nominum casus ac numeri cognoscentur ex articulo illis apposito, uel ex orationis contextu. ut, τῷ ἱδρῷ, articulus datiuum singularis numeri hoc esse nomen demonstrat, pro ἱδρῶτι sudori. Sic τὸν ἱδρῶ, accusatiuus est pro ἱδρῶτα, &c.

ITEM IN QVIBVS EST PARAGOGE SYLLABAE φι uel φιν. ut,

εὐνῆφι, ἀγέληφι, στρατόφι, ὀστέοφι, ὄρεσφι, αὐτόφι, &c. pro ἡ εὐνὴ cubile, ἡ ἀγέλη armentum, ὁ στρατὸς exercitus, τὸ ὀστέον os, ossis, ὁ ὄρος mons, ὁ αὐτὸς ipse. Hæc atq; his similia non pauca in lectione poetarum se offerent indeclinabilia.

INDECLINABILIA SVNT ET QVAE NVLLAM admittunt passionem. ut,

τὸ: σέβας decus, ὄφελος utilitas, ὄναρ somnium, δέμας corpus. Item neutra in ας impurum. ut, σέλας iubar, δέπας poculum, βρέτας statua.

ANOMALA CASVVM.

Quædam diuersos habent nominatiuos.

ὁ μάκαρ, μάκαρς, μακάρειος Beatus. τοῦ μάκαρος, μάκαρτος, μακαρείου. Item, ὁ μωσῆς, μωσοῦς, μωϋσῆς, μωϋσοῦς τοῦ μωσοῦ, μωσέος, μωϋσοῦ, μωϋσέος.

τὸ δάκρυ, δάκρυον Lacryma. τοῦ δάκρυος, δακρύου. Sic τὸ γόνυ, γόνας genu. τοῦ γόνυος et γουνός, γόνατος.

τὸ δόρυ, δόρας, δοῦρας, δόρες Hasta. τοῦ δόρυος &, δουρός, δόρατος, δούρατος, δόρεος &, δόρυς. Item, ὁ οἰδίπους, ἐπ7άπους, οἰδιπόδης, ἐπ7απόδης τοῦ οἰδίποδος, ἐπ7άποδος, οἰδιπόδου, ἐπ7απόδου.

ὁ μάρτυς, μάρτυρος Testis. τοῦ μάρτυρος, μαρτύρου. ut et ὁ ψίθυρ, ψίθυρος Susurro. τοῦ ψίθυρος, ψιθύρου.

ὁ ὑιὸς, ὑῖς, ὑεύς Filius, τοῦ ὑοῦ, ὑῖος & ὕος, ὑέος. Item, ἡ ναῦς, νηῦς, νεῦς nauis, τῆς ναός, νηός &, νεώς, &c.

Sic ἡ γραῦς, γρηῦς Anus. τῆς γραός Huc &, γρεώς contra-cta ἡ. οἶς &, οἶς Ouis, φθοῖς &, φθόις, &c. Placenta. τῆς ὄϊος &, ὀϊδος, οἰός, φθόϊδος, φθοῖδος.

QVAE-

QVAEDAM VARIOS HABENT GENITIVOS.

ὁ λύγξ, si genitiuus est { λυγγός, singultus / λυγκός, lynx est.

ἡ χείρ manus. τῆς { χειρός, communiter / χερός, poeticè. Vnde formatur { ταῖν χεροῖν / ταῖς χερσί.

Et ὁ πολύς multus. τοῦ { πολλοῦ in tertia declin. communiter / πολέος in quinta simplicium poeticè

DEFECTIVA CASVVM.

QVAEDAM PROPRIIS SVIS CASIBVS DEFICIVNT, quorum uice utuntur alienis.

ἡ γυνή mulier	Omnes reliquos casus sing. dual. & pluralis mutuatur à	γύναιξ τῆς γυναικος, &c.
ὁ ζεύς Iupiter		δὶς τοῦ διός τῷ διΐ, τὸν δία, ὦ ζεῦ
τὸ γάλα lac		γάλαξ τοῦ γάλακτος, &c.
ὁ πολύς multus & τὸν πολύν Accusat.		πολλός τοῦ πολλοῦ, &c.
ἡ πολλή multa		πολλή τῆς πολλῆς, &c.
τὸ πολύ multum		πολλόν τοῦ πολλοῦ, &c.
ὁ μέγας magnus & τὸν μέγαν Accusat.		μεγάλος τοῦ μεγάλου, &c.
ἡ μεγάλη magna		μεγάλη τῆς μεγάλης, &c.
τὸ μέγα magnum		μεγάλον, τοῦ μεγάλου, &c.
τὸ φρέαρ puteus		φρέας τοῦ φρέατος, &c.
τὸ ἧπαρ hepar		ἧπας τοῦ ἥπατος, &c.
τὸ δέλεαρ esca		δέλεας τοῦ δελέατος, &c.
τὸ ὕδωρ aqua		ὕδας τοῦ ὕδατος, &c.
τὸ ἦμαρ dies		ἦμας τοῦ ἤματος, &c.
τὸ εἶδαρ esca		εἶδας τοῦ εἴδατος, &c.
τὸ στέαρ adeps		στέας τοῦ στέατος, &c.
τὸ ὄνειαρ somnium		ὄνειας τοῦ ὀνείατος, & sic reliqui casus ab his fiunt.

Atque hæc dicta sint de Nomine: iam de Verbo quod habemus breuiter exponemus.

DE VERBO.

Accidentia uerbi.

I. Species, quæ est uel
- Primitiua
- Deriuatiua

ut
- ἄρδω rigo
- ἀρδεύω irrigo.

II. Figura uel
- Simplex
- Composita
- Decōposita

ut
- δεικνύω
- ἐπιδεικνύω
- προσεπιδεικνύω

ostendo

III. Numerus
- Singularis
- Dualis
- Pluralis

ut
- τύπτεις uerberas
- τύπτετον uerberatis uos duo
- τύπτετε uerberatis.

IIII. Genus, quod est uel

ἐνεργητικὸν	Actiuum	
παθητικὸν	Paßiuum	
οὐδέτερον	Neutrum	
κοινὸν ἢ	Commune uel	
μέσον	Medium	
αὐτοενεργητικὸν ἢ	Per se Actiuū, aut	
ἀποθετικὸν	Deponens	
αὐτοπαθητικὸν	Per se paßiuum	

Nam sub uoce actiua habet paßiuam significationem.

ut
- τύπτω uerbero
- τύπτομαι uerberor
- ὑγιαίνω ualeo.
- γράφομαι Scribo uel scribor
- μάχομαι pugno. Actio
- πάσχω patior nē sub uoce passiua significat

V. ἔγκλισις, inclinatio, seu modus uel

ὁριστική	id est	Indicatiuus
προστακτική		Imperatiuus
εὐκτική		Optatiuus
ὑποτακτική		Subiunctiuus
ἀπαρέμφατος		Infinitiuus

ut
- τύπτω uerbero
- τύπτε uerbera
- τύπτοιμι uerberarē
- ἐὰν τύπτω cū uerberē
- τύπτειν uerberare.

VI. χρόνος ἢ πτῶσις tempus uel casus est

ἐνεστώς	Præsens
παρατατικός	Præter. Imperf.
παρακείμενος	Præter. perfect.
ὑπερσυντελικὸς	Plusq perfect.
ἀόριστος	Indefinitum
μέλλων	Futurum.

ut
- τύπτω verbero
- ἔτυπτον verberabam
- τέτυφα verberaui iā, vel paulo ā te
- ἐτετύφειν verberauerā
- ἔτυψα verberaui, et dudū nec ne
- τύψω verberabo.

VII. Persona est
- Prima
- Secunda
- Tertia

ut
- τύπτω uerbero
- τύπτεις uerberas
- τύπτει uerberat.

DE CONIVGATIONIBVS VERBORVM.

APud Græcos tredecim (si rectè distinguamus) inueniuntur coniugationes: quarū sex sunt barytonæ in ω, ex quibus procreantur reliquæ: tres circumflexorum: ac quatuor in μι uerborum.

DE BARYTONIS

Barytonæ cur.

DIcuntur priores sex cōiugationes barytonæ, quòd ultima illarū syllaba graui tono pronūciet: qui (ut suprà dictū) non pingitur, sed in syllabis acuto & circumflexo carentibus semper tanquā signatus subintelligitur. ut, τύπτω, ultima grauem habet accentum, ideo uerbum est barytonum.

Ratio cognoscendarum coniugationum.

Cognoscuntur autem coniugationes istæ non ex penultima litera infinitiui, ut apud Latinos: sed ex ultima præsentis indicatiui, quam χαρακτηριστικὸν, id est formatiuam seu figuratiuam nominant literam. Quæcunque igitur litera præcesserit ω finale, illa χαρακτηριστικὸν appellabitur, & ex eo uerbum quotæ sit coniugationis, cognoscetur facile. Elaborandum itaque est in primis studiosis, ut omnia uerba, cuiusque sint temporis ac modi, resoluant abiectione augmentorū, & reducant ad primam personam præsentis indicatiui. quo facto, statim, uerbum cuius sit coniugationis, animaduertent. Conducit uerò nō parum ad illarum cognitionem diuisio literarum suprà tradita: siquidem omnes coniugationes istæ ex illa conflatę ac distinctę sunt diuisione, ut patet in sequentibus.

PRIMA CONIVGATIO.

CHaracteristicæ igitur coniugationis primæ sunt tres literę primi ordinis mutarū, π scilicet, β, & φ: quæ positę ante ω, primam constituunt coniugationem. ut, βω, πω, φω & πτω. horum futurum in ψω, præteritum in φα exit. ut,

λείβω	libo	μ	λείψω	π	λέλειφα
τρίβω	delecto		τρίψω		τέτριφα
γράφω	scribo		γράψω		γέγραφα
τύπτω	uerbero		τύψω		τέτυφα.

In hac & alijs omnibus coniugationib. cōsiderandę semper sunt characteristicę literę præsentis, futuri, & preteriti perfecti: nam ex his tribus omnia reliqua formantur tempora: unde his obseruatis, facile omnia uerba cuius sint cōiug. dignoscentur.

Nota, quòd Græcis litera μ, μέλλων, id est futurum, π uerò παρακείμενον id est præteritum perfectum significatur.

SECVNDA CONIVGATIO.

SEcundę coniungationis characteristicæ sunt κ, γ, χ, sumptę ex mutarū ordine secundo. Futuri autem est ξ. Præteriti χ

λέγω	dico	μ	λέξω	π	λέλεχα
πλέκω	plico		πλέξω		πέπλεχα
τρέχω	curro		θρέξω		τέθρεχα inusitatè
τίκτω	pario		τέξω		τέτεχα.

τίκτω futurum mutuatur à τέκω: quia proprium non habet.

TERTIA CONIVGATIO.

TErtiæ sunt τ, δ, θ, extremi ordinis mutarum, cum ω. Futuri autem est σ, & præteriti κ.

ἀνύτω	perficio	μ	ἀνύσω	π	ἤνυκα
ᾄδω	cano		ᾄσω		ᾖκα
πλήθω	impleo		πλήσω		πέπληκα.

QVARTA.

QVartæ characteristica ex duplicibus est ζ & σσ, in quas resoluitur ζ. Futuri ξ, aut σ. Præteriti χ, aut κ.

φράζω	dico	μ	φράσω	π	πέφρακα
ὁρίζω	definio		ὁρίσω		ὥρικα.

Sic reliqua in ζω omnia formant fut. in σω, & in κα perfectum: exceptis his quæ habent ξ & χ in præterito.

παίζω	ludo	μ	παίξω & παίσω	π	πέπαιχα, & κα
τρίζω	ciulo		τρίξω		τέτριχα
θρυλλίζω	tero		θρυλλίξω		τεθρύλλιχα
στενάζω	suspiro		στενάξω		ἐστέναχα
στηρίζω	cōfirmo		στηρίξω		ἐστήριχα
αἰάζω	lamētor		αἰάξω & αἰάσω		ᾔαχα & ᾔακα
κράζω	clamo		κράξω		κέκραχα
οἰμώζω	ploro		οἰμώξω		ᾤμωχα
ἀποστυφελίζω amouco, euerto.			ἀποστυφελίξω		ἀπεστυφέλιχα.

ἀλα-

ἀλαπάζω	populor		ἀλαπάξω		ἠλάπαχα
σφάζω	iugulo		σφάξω & σω		ἔσφαχα & κα
στίζω	ſigno		στίξω		ἔστιχα
ῥέζω	facio		ῥέξω		ἔρρεχα
ὀρέζω	mulceo		ὀρέξω		ὤρεχα
ἀτίζω	uilipēdo		ἀτίξω & σω		ἤτιχα & κα
δαΐζω	diuido	μ	δαΐξω	π	δεδάϊχα
ἐμπάζω	curo		ἐμπάξω & σω		ἤμπαχα & κα
ὀλολύζω	ululo		ὀλολύξω		ὠλόλυχα
ἁρπάζω	rapio		ἁρπάξω & σω		ἥρπαχα & κα
στάζω &	ſtillo		στάξω		ἔσταχα
σταλάζω			σταλάξω		ἐστάλαχα
τάζω	extēdo		τάξω & σω		τέταχα & κα

Cęterim quorum geminum σσ ſeu ττ characteriſtica fuerit, facient fut. in ξω, præterit. in χα. ut, ὀρύσσω fodio, μ. ὀρύξω. π. ὤρυχα.

EXCIPIVNTVR.

πλάσσω	fingo		πλάσω		πέπλακα
ἱμάσσω	loro cædo		ἱμάσω		ἵμακα
πάσσω	ſpargo		πάσω		πέπακα
ἰνάσσω	quiſqlias col	μ	ἰνάσω	π	ἴνακα
λεύσσω	aſpicio (ligo		λεύσω		λέλευκα
ὀρέσσω	remigo		ὀρέσω & ξω		ἤρεκα & χα.

QVINTA CONIVGATIO.

HVius coniugationis characteriſticæ ſunt liquidæ λ, μ, ν, ρ, quæ & futuri ſunt indices, ſed ratione alia. Præteriti uerò index eſt κ. ut,

ψάλλω	cano		ψαλῶ		ἔψαλκα
νέμω	paſco		νεμῶ		νενέμηκα
φαίνω	appareo	μ	φανῶ	π	πέφαγκα
σπείρω	ſemino		σπερῶ		ἔσπαρκα
τέμνω	ſeco		τεμῶ		τετέμηκα.

Obſeruanda ſunt in hac coniug. ultima & penultima ſyllaba futuri. Vltima enim ſemper debet habere circumflexum, et penultima corripi, iuxta exempla priora. Conſonantis geminatæ abijciatur altera. ut, ψάλλω, ψαλῶ. Ex diphthōgo uocalis ſubiunctiua, ut σπείρω, σπερῶ, &c. Vocalis anceps corripiatur. ut, κρίνω, iudico, κρινῶ, &c.

SEXTA CONIVGATIO.

SExtæ characteristicæ sunt omnes uocales, excepto η: item omnes diphthongi propriæ, & ᾳ quoque impropria. Futuri autem σ est, ac præteriti κ. ut,

γελάω	rideo	μ	γελάσω	π	γεγέλακα
τελέω	perficio		τελέσω		τετέλεκα
οἴω	puto		οἴσω		ᾦκα
κρούω	pulso, &c.		κρούσω		κέκρουκα.

Quotiescunque igitur ante ω finale fuerit uocalis aut diph. huius coniugationis erit uerbum: si uerò cōsonans qualiscunque, præter σ, ξ, ψ, referatur uerbum ad precedentes coniugationes.

Notandum porrò, quod in uerbis τύπτω, τίκτω, & τέμνω, characteristicæ literæ sint priores consonantes, nempe π, κ, μ. non illæ quæ coniunctę sunt cum ω. illę etenim nihil officij habent, sed tantum dictionem complent: quia idem esset, (quantum ad formationem temporum) τύπω, τίκω & τέμω, & facilior inde fieret temporum formatio.

PARADIGMA ACTIVI, IVXTA QVOD OMNIA OMNIVM coniugationum uerba facile possunt inflecti, tantum ω finali in singulas ordine terminationes mutato. ut,

PRAESENTIS INDICATIVI

Persona.

Num.	Verber τύπτ	Prima	Secunda	Tertia
Sing.		o ω	as εις	at ει
Dual.		caret	atis uos duo ετον	ant illi duo ετον
Plur.		amus ομεν	atis ετε	ant ουσι.

Prima persona dualis non habet locum, si prima pluralis in μεν exierit. ut hic, τύπτομεν. Vtimur tamen pro ea persona plura lis pri-

lis prima cum pronomine eiusdem personę. ut, νὼ τύπτομεν: uel, ἡμεῖς δύο τύπτομεν, nos duo uerberamus.

Quando persona tertia pluralis exit in ι aut αι, retinebunt dualis secunda & tertia accentū in suo loco. ut τύπτετον, τύπτετον. quia tertia pluralis est τύπτουσι. Alioqui transponet tertia dualis accentum in penultimam. ut, ἐτυπτέτην. quia ἔτυπτον tertia non habet ι uel αι.

IMPERFECTI PERSONA.

Num.		Prima	Secunda	Tertia.
Sing.	Verber ἔτυπτ	abam ον	abas ες	abat ε
Dual.		caret	abatis ετον	abant έτην
Plur.		abamus ομεν	abatis ετε	abant ον

Personæ tertiæ singulari in ε & plurali in ι additur ν proximè sequente uocali in orationis contextu. ut, ἔτυπτεν αὐτὸν, percutiebat illum. Et τύπτουσιν αὐτὸν, percutiunt eum. Quod fit quoque in datiuis pluralibus in ι. ut, τοῖς τύπτουσιν αὐτὸν, percutientibus eum. Notio.

Imper-

Imperfectum fità præsente: in quo duo obseruantur.

- Principium, quod augetur uel
  - Syllaba, si præsens incipitur à consonante, ad eā addetur uel
    - solum ε, ut τύπτω, ἔτυπτον
    - ε cum ρ tenui, in ijs quæ incipiunt à ρ. ut, ῥίπτω proijcio. ἔρριπτον.
  - Tempore, si præsens incipiatur uel à
    - Vocali mutabili
      - α, ε → q̃ in η; ut ἀνύω, ἤνυον. Præter
        - ἄω spiro
        - ἀΐω audio
        - ἀηθέσσω desuesco
        - ἀηδίζομαι abhorreo
        - Imperf. ἆον, ἄϊον, ἀήθεσσον, ἀηδιζόμην
      - ἐλεύθω uenio, ἤλευθον, exceptis ijs quæ in sequenti sunt pagina.
      - ο → q̃ in ω; ut ὀρίζω, ὥριζον.
    - Diphthongo mutabili q̃ sunt
      - αι, ᾳ → q̃ in ῃ; ut αἴρω tollo, ᾖρον; ᾄδω cano, ᾖδον
      - αυ → q̃ in ηυ; ut αὐλίζω uersor in aula, ηὔλιζον.
      - οι → q̃ in ῳ; ut οἰκτείρω misereor ᾤκτειρον. excipe
        - οἴομαι puto
        - οἰμάω concito
        - οἰνόω inebrior
        - οἰνίζω uinum resipio
        - οἰστρέω insanio
        - οἰωνίζομαι auguror
        - οἰωνοσκοπέω idem
        - οἰωνοπολέω idem
        - οἰακίζω gubernaculū nauis rego
        - οἰκονομέω idem
        - οἰακοστροφέω idem
        - οἰδαίνω tumeo
        - οἰκουρέω domum rego.
        - hæc οι nō mutant.
- Finis cuius ω in ον mutatur. ut, τύπτω, ω finali in ον, & addito augmento syllabico, quod est ε, fiet ἔτυπτον.

Verba illa ἀΐω ἀηθέσσω &c. non mutant α in imperfecto, ne κακοφωνίαν τινά, id est malesonantiam aliquam adferrent auribus, à qua Græci præ alijs linguis semper abhorrent. Nam ἦον, ἤϊον, ἠήθεσσον, &c. omnino iniucundū esset auribus. sonantius est autem, ἄον ἄϊον, &c. Quanquam autem ista duo ob hanc quoque causam retinent α, ne coincidant cum imperfecto ἦον & ἤϊον, id est ibant, ab inusitato ἔω; unde poetæ deducūt ἦον imperfectum, pro usitato ἦν, ab εἶμι eo.

Sunt præterea uerba non pauca, quorum capitale ε non mutatur: sed manet addito ι, in imperfecto. ut, De augmento irregulari.

ἔχω	habeo	Imp.	εἶχον	Itē	ἐστήκω	permaneo	εἱστήκειν. Plusquam medium
ἔπω	dico		εἶπον		ἕπομαι	sequor	εἱπόμην
ἔλω	uerto		εἶλον		ἐρέω	dico	εἶρον
ἕλκω	traho		εἷλκον		ἑστιάω	cibū præbeo	εἱστίαον
ἑλκύω	idem		εἵλκυον		ἐάω	sino	εἴαον
ἕρπω	serpo		εἷρπον		ἕω	induo	εἷμαι præteritum paßiuum
ἑρπύζω	idem		εἵρπυζον		ἐρύω	traho	εἴρυον
ἐργάζομαι operor			εἰργαζόμην		ἔθω	consuesco	εἴωθα præteritum medium
					ἐθίζω	assuefacio	εἴθιζον
					ἕζω	pono	εἷσα indefinitum primum.

Cæterùm si præter has uocales & dipht. mutabiles, aliæ utpote immutabiles, in initio alicuius uerbi sese offerant, nunquam mutabuntur communiter in præteritis. ut,

Immutabiles

Vocales

η	ut	ἠχέω	resono	Imp.	ἤχεον
ι		ἰξεύω	aucupor		ἴξευον
υ		ὑβρίζω	cōtumelia afficio		ὕβριζον
ω		ὠθέω	expello		ὤθεον

Diphthongi

ει	ut	εἰκάζω	aßimulo	Imp.	εἴκαζον
ευ		εὐθύνω	dirigo		εὔθυνον
ου		οὐτάζω	cominus uulnero		οὔταζον.

AVGMENTVM COMPOSITORVM VERBORVM.

Notandum, quòd præpositiones in cōpositione suam uocalem semper abijciant, si uerbum cum quo componitur,

incipiatur à uocali. ut, παραινέω adhortor, pro παρααινέω. Item, παραμένω expecto, in imperfecto παρέμενον, pro παραέμενον, quod propter concursum uocalium ineptum sic proferri non potest: sed abiecta præpositionis uocali ultima, παρέμενον profertur. Excipiuntur tamen περὶ & πρὸ, quę ob iucundiorem sonum ipsius ει & ρο, seruant uocales suas ante alias. ut, περιέρχομαι obambulo, quod sonantius est quam περέρχομαι. Sic προέτρεχον præcurrebam, melius sonat quàm πρέτρεχον, à προτρέχω præcurro.

Cæterùm si uerbi capitalis uocalis fuerit aspirata, mutabit præcedentem præpositionis tenuem quoque in aspiratam. ut, ἅπτομαι tango, addita prępositione κατὰ, deposito prius α, & τ in θ mutato, fiet καθάπτομαι mordeo, pro κατὰ ἅπτομαι. Et sic in aliis faciendum.

Notabis etiam diligenter præpositiones ἐν & σὺν, in quibus ν nonnunquam mutatur in compositione in literas sibi affines: & abiicitur sæpè, ut suprà in orthographia diximus copiose. Si itaque ν fuerit aut mutatum, aut omnino abiectum ante cōsonantes, (nam ante uocales non mutatur) in præteritis ν propter uocalem est resumendum. ut,

συμβαίνω	*conscendo*	*In imperfecto ν reponitur pro literis in quas est mutatum ut,*	*συνέβαινον*
συγγράφω	*conscribo*		*συνέγραφον*
συλλέγω	*colligo*		*συνέλεγον*
συῤῥέω	*confluo*		*συνέῤῥεον*
συσσείω	*concutio*		*συνέσειον*
συζάω	*conuiuo*		*συνέζαον*

Sciendum est porrò, si uerbum compositum idem significat quod simplex, augetur principiū uerbi compositi, non medium: hoc est, prępositio suscipit augmentum, non uerbum. ut, ἐνέπω compositum ex ἐν præpositione & ἔπω uerbo significat idem quod simplex ἔπω, id est dico, augetur igitur à principio ἤνεπον dicebam. Item καθεύδω dormio, ex κατὰ & εὕδω, quia significat idem quod simplex εὕδω, id est dormio, augmentum fit in principio, ἐκάθευδον dormiebam, nō καθηῦδον, &c. Quòd si compositum non habet significationem simplicis, suscipiet augmentum inter præpositionem ac uerbum. ut, παρακούω ex παρὰ & ἀκούω, significat aliud quàm simplex, nimirum dissimulo au-

ſo audire: quam ſignificationem ſimplex nõ habet. ἀκούω enim audio tantum ſignificat, illud uerò plus: augeatur itaq; ſic, παρήκουον obaudiebam, non ἐπαράκουον, &c.

PRAETERITVM PERFECTVM.

Num.	Verber / τέτυφ	Persona: Prima	Secunda	Tertia
Sing.		aui / α	uiſti / ας	auit / ε
Dual.		caret	uiſtis / ατον	auerunt / ατον
Plur.		auimus / αμεν	auiſtis / ατε	auerunt / ασι

Dicitur hoc tempus Græcis παρακείμενος χρόνος, adiacens tempus, propterea quòd res ſeu actio iam primùm ſit completa & facta, ita ut tempori præſenti propè adiaceat.

h 2 FORMA

FORMATIO PRAETERITI PERFECTI.

Perfectũ formatur à futuro, in

- I. Initiũ, in quo si est
  - Vocalis uel
    - Mutab.
    - Immut.
  - Dipht. uel
    - Mutab.
    - Immut.
    - Idem cum imperfecto erit augmentum. ut, { αὔω, ὑβρίζω, αἴρω, εἰκάζω } Imp. { ἤυον, ὕβριζον, ἦρον, εἴκαζον } Præt. { ἤυκα, ὕβρικα, ἦρκα, εἴκακα } Et sic alia, quæ incipiuntur à uocali, uel dipht. formanda.
  - Consonans, tũ erit uel
    - Idẽ cũ imperfecto augmẽtum, si ε capitale est ante consonãtes
      - Duas { σπ, στ, γν, γρ } ut { σπείρω semino, στέλλω mitto, γνόω nosco, γρηγορέω uigilo } Imp. { ἔσπειρον, ἔστελλον, ἔγνοον, ἐγρηγόρεον } Præt. { ἔσπαρκα, ἔσταλκα, ἔγνωκα, ἐγρηγόρηκα } Nota. Idẽ augmẽtũ fit ãte alias cõsonãtes uel gẽminatas, uel aliâs duas: si modo nõ sit muta cũ liquida
      - Duplices { ζ, ξ, ψ } ut { ζέω feruo, ξέω rado, ψάλλω canto } Imp. { ἔζεον, ἔξεον, ἔψαλλον } Præt. { ἔζεκα, ἔξεκα, ἔψαλκα. }
    - Non idem: si ε imperfecti fuerit aut
      - Breue
      - Anceps ante mutam cum liquida
      - ut { τύπτω, λείνω, γράφω, κλίνω } Imp. { ἔτυπτον, ἔλεινον, ἔγραφον, ἔκλινον } Præ. { τέτυφα, λέλεικα, γέγραφα, κέκλικα } His præponitur ε capitalis litera præsentis.

quosunt tria obseruanda

- II. Penultima, quæ est cũ futuro uel
  - Eadem. ut, τύψω uerberabo, τέτυφα uerberaui.
  - Diuersa, in coniugatione
    - Prima, in qua sola, τρε syllaba (ut autor est Demetrius) uerborũ dißyllaborum mutatur in τρα in præterito. ut,
      - στρέφω uerto, τρέπω idem, τρέφω nutrio } μ. ψω. π { ἔστραφα, τέτραφα, τέθραφα
    - Quinta, in qua
      - ε penultima futuri dißyllabi in α transit. ut στέλλω, μ. στελῶ, π. ἔσταλκα. σπείρω, μ. σπερῶ. π. ἔσπαρκα. At in polysyllabis ε manet. ut, ἤγερκα ab ἐγείρω.
      - η inter μ & κ ponitur, in μω exeuntibus. ut, νέμω, μ. νεμῶ, π. νενέμηκα.
      - ν transmigrat in γ. ut, φαίνω, μ. φανῶ, π. πέφαγκα, pro πέφανκα.
      - in { εινω, ινω, & υνω nonnunquã } Abijcitur ν ante κ. ut, { κτείνω occido, κρίνω iudico, θύνω propero } μ { κτενῶ, κρινῶ, θυνῶ } π { ἔκτακα, κέκρικα, τέθυκα, sed nõ semper, quia μολύνω inquino, habet in præterito μεμόλυγκα, &c.
- III. Vltima futuri, quæ in coniugatione
  - Prima mutatur in φα
  - Secunda, Quarta } in χα
  - Tertia, Quarta, Quinta, Sexta } in κα. ut { ἄλλω, φράζω, στέλλω, κρούω } μ { ἄσω, φράσω, στελῶ, κρούσω } π, ultima cõuersa in κα & addito augmento in initio, fit { ἧκα, πέφρακα, ἔσταλκα, κέκρουκα.

Notanda hæc uerba { μνάομαι reminiscor, κτάομαι acquiro, πτάομαι uolo, πτόω cado } Quæ primã literam præsentis repetunt cum ε aug. ut, { μέμνημαι, κέκτημαι, πέπτημαι, πέπτωκα.

Obseruandum præterea est, uerba ab aspiratis cõsonãtibus incipientia non repetere in perfecto aspiratas propter pronunciationem duram & deformem: sed tenues cognatas illis substituere. ut,

φαίνω ostendo χαίρω gaudeo θύνω curro	Imp.	ἔφαινον ἔχαιρον ἔθυνον	Præt.	πέφαγκα κέχαρκα τέθυκα	Vbi pro	φ χ θ	Restituitur	π κ τ

PLVSQVAMPERFECTVM.

Num.	Verber ἐτετύφ	Prima	Secunda	Tertia
Sing.		aueram ειν	aueras εις	auerat ει
Dual.		caret	aueratis ειτον	auerant είτην
Plur.		aueramus ειμεν	aueratis ειτε	auerant εισαν

(Persona: Prima, Secunda, Tertia)

PLVSQVAMPERFECTI FORMATIO.

Plusquãp. deducitur à perfecto. in quo spectãda duo:
- Initium, quodcum perfecto erit uel
  - Idẽ, si incipitur uerbũ à
    - Vocali, ut ἤκουκα audiui. Plusquam. ἠκούκειν
    - Consonante uel Dupla / Duabus ut ἔψαλκα cantaui, ἔσταλκα misi; Plusq. ἐψάλκειν, ἐστάλκειν.
  - Diuersum, quando perfectum incipit à consonante, assumet ea ε. ut, τέτυφα uerberaui. Plusq. ἐτετύφειν.
- Finis. α enim perfecti finale mutatur in ειν. ut, τέτυφα, α in ειν, fit ἐτετύφειν.

Notio. Obseruandũ, quòd in plusquamp. sæpenumero idem sit augmentũ initij quod perfecti. ut, Lucian lib. 2. Verarũ nar. οὔπω δεδύκει ὁ ἥλιος, nõdum occiderat sol: ubi δεδύκει plusquamp. usurpauit pro ἐδεδύκει. Idem, ἀποβεβλήκει σύριγγα abiecerat fistulam. Et hic ἀποβεβλήκει pro ἀπεβεβλήκει ponitur. Et hoc est ualde usitatum cùm oratoribus, tum maximè poetis, ut abijciant ε capitale plusquamp. ne cõcursus eiusdem uocalis frequens auditui sit molestus. ut, Matth. 7. τεθεμελίωτο γὰρ ἐπὶ τὴν πέτραν, fundatus siquidem erat supra petram. ubi plusqp. τεθεμελίωτο melius multo sonat quàm ἐτεθεμελίωτο. in quo eiusdem uocalis resumptio ualde esset iniucunda, &c.

INDEFINITVM PRIMVM.

Num.	Verber ἔτυψ	Persona Prima	Persona Secunda	Persona Tertia
Sing.		aui α	auisti ας	auit ε
Dual.		caret	auistis ατον	auerunt άτην
Plur.		auimus αμεν	auistis ατε	auerunt αν

Duo tempora habent Græci significatione quidem eadem, sed uoce diuersa, quę nominant ἀορίστους χρόνους, hoc est indefinita tempora, quòd significãt actionem peractam indefinitè, hoc est, incertè facta, olímne an nuper. In præterito perfecto autem res iam primùm prçterijt. ut, τέθνηκε mortuus est, nempe iam primùm. Latini enim rectè non exprimunt una uoce præteritum. at Germani rectissimè uertent τέθνηκε, er ist erst gestorben. In duobus indefinitis præterijt res quidem, sed non finito, neq; circumscripto tempore, ut in perfecto. Nam si dicam, ἀπέθανε, mortuus est, uel ἔτυψα & ἔτυπον uerberaui, dubium est, quãdónam id fecerim, paulóne antè, an multo. Cum autem adiunxero aduerbia, hæc, ἄρτι nuper, & πάλαι olim, fiet ex indefinito tempore, definitũ. ut ἄρτι ἔτυψα, ἄρτι ἔτυπον, id est nuper percussi. Sic ἔτυψα, uel ἔτυπον πάλαι, olim percussi. Si itaque his duobus indefinitis addetur aliqua temporis circumstantia, ut νῦν, ἤδη, nũc, ἄρτι modò, &c. perfecti significationem habebunt: quòd si πάλαι olim, uel alia, plusquàmperfecti naturam induent.

Discrimē indefiniti & præteriti.

FOR-

FORMATIO INDEFINITI PRIMI.

Indefinitum primum fit à futuro, tribus diligenter obseruatis.

I. Initio, quod imperfecti habebit augmentum,
- τύπτω, εἰκάζω, ἀκούω } Imp. { ἔτυπτον, εἴκαζον, ἤκουον } Indef. { ἔτυψα, εἴκασα, ἤκουσα

II. Penultima, quæ erit cum futuro, uel
- Eadem, ut { τύψω, λέξω, φράσω } Indef. { ἔτυψα, ἔλεξα, ἔφρασα } à { τύπτω, λέγω, φράζω.
- Diuersa, ut in quinta cõiugatione, ubi penultima futuri breuis producitur, uel
  - Mutatione α in η. ut, { φανῶ, ψαλῶ } Indef. { ἔφηνα, ἔψηλα } à { φαίνω, ψάλλω
  - Assumptione ι ad ε. ut, { σπερῶ, στελῶ } Indef. { ἔσπειρα, ἔστειλα } à { σπείρω, στέλλω
  - Productione { ῐ, ῠ } ut { κρινῶ, θυνῶ } Indef. { ἔκρινα, ἔθυνα } à { κρίνω, θύνω.

III. Vltima, in qua ω uertitur in α relicta characteristica futuri, ut τύψω. ἔτυψα. Exceptis
- { εἶπα, ἤνεγκα, ἔθηκα, ἔδωκα, ἧκα } Quæ characteristicã futuri nõ seruãt: deducuntur enim à { εἴπω dico, ἐνέγκω fero, τίθημι pono, δίδωμι do, ἵημι mitto } quorũ fut. esset { εἴψω, ἐνέγξω, θήσω, δώσω, ἥσω.
- { ἔχεα uel ἔχευα, ἔκηα, ἔσσευα, ἤλευα } Quæ tollunt characteristicam futuri. ueniunt enim à { χέω fundo, καίω uro, κάω idem, σεύω moueo, ἀλεύω inclino } quorum characteristica in futuro esset σω.

INDEFINITVM SECVNDVM.

Persona

Num.	Verber ἔτυπ	Prima	Secunda	Tertia
Sing.		aui / ον	auisti / ες	auit / ε
Dual.		caret	auistis / ετον	auerunt / έτην
Plu.		auimus / ομεν	auistis / ετε	auerunt / ον

INDEFINITI SECVNDI FORMATIO

Indefinitum secundū formatur à præsenti, in quo tria sunt obseruanda.

I. Principium, quod indefiniti primi habebit augmentum, ut,
- ἤκουσα — ἤκοον
- ἔτυψα — ἔτυπον
- ἔλεξα — ἔλεγον

II. Penultima præsentis, si erit lōga uertetur hic in breuē, nēpe
- ε, η, ω, αι, αυ — Mutādo in α, ut
  - δέρω uerbero
  - λήβω capio
  - τρώγω cōmedo
  - καίω uro
  - παύω sedo
  - Indef. 2. — ἔδαρον, ἔλαβον, ἔτραγον, ἔκαον, ἔπαον
- ευ, ει — Abijciendo ε, ut
  - φεύγω fugio
  - λείπω relinquo
  - Indef. 2. — ἔφυγον, ἔλιπον

III. Vltima characteristica, quæ est cum præsenti uel
- Eadem, ut
  - λείπω, λήβω, λέγω, δέρω, &c.
  - Indef. 2. — ἔλιπον, ἔλαβον, ἔλεγον, ἔδαρον
- Diuersa, in
  - Terminationibus πτω, κτω, μνω — In qb. prior cōsonās erit characteristica, ut
    - τύπτω — ἔτυπον
    - τίκτω — ἔτεκον
    - τέμνω — ἔτεμον
  - Quarta coniugatione, si futurum exit in ξω, σω — Erit hic characteristica
    - γ — ὀρύσσω Præs., ὀρύξω Fut., ὤρυγον Ind. 2
    - δ — φράζω, φράσω, ἔφραδον.

Notan-

Notandum est, quòd penultimum ε præsentis non mutetur in α, nisi in disyllabis (ut inquit Gaza) habentibus immutabilem aliquam uel præcedentem, uel sequentem ipsum ε penultimum. ut,

πορθέω populor δέρκω uideo	Ind. 2	ἔπαρθον ἔδαρκον	Itē	στέλλω πλέκω τέμνω, &c.	Ind. 2	ἔσταλον ἔπλακον ἔταμον, & ἔτεμον.

EXCEPTIS:

λέγω dico φλέγω comburo βλέπω uideo	Ind. 2	ἔλεγον ἔφλεγον ἔβλεπον	non mutant ε penultimum in α.

Penultima quintæ coniugationis. Quintæ coniugationis ε uertetur hic in α. ut, σπείρω, ἔσπαρον, περῶ trāseo, ἔπαρον, & sic alia huius cōiugationis uerba formanda tā disyllaba quàm polysyllaba, teste Demetrio, qui ait: ὅσα δὲ τῶν τοῦ ἐνεστῶτος ἔχει μὲν τὴν ει δίφθογγον, ἢ τὸ ε, ἔχει δὲ καὶ ἀμετάβολον πρὸ αὐτῆς ἑτέρῳ συμφώνῳ ὑποτασσόμενον, ἢ μετὰ ταῦτα, τηνικαῦτα ὁ δεύτερος ἀόριστος τῶν τῆς παραληγούσης τὸ α ἔχει, &c. hoc est, quæcunque in præsenti diphthongum habent ει, aut ε cum immutabili aliqua, tunc habebit α in penultima indefinitum secundum. ut, σπείρω, ἔσπαρον. πείρω, ἔπαρον. οἰκτείρω, ᾤκταρον, &c. At ὤφελον (quod nonnulli huc referunt) indefinitum sanè est secundum: sed deductum ab indefinito suo primo uerbi circumflexi, ὀφελῶ Atticè pro ὀφειλέω debeo, cuius futurum est ὀφειλήσω: Ind. pri. ὠφείλησα, unde Indef. 2. ὤφελον, siue ὦφλον & ὤφειλον. ut, ἔδραπον, ut postea dicemus, ab ἐδίδρασα formatum.

Regula de νω & δνω. Verba desinentia in νω & δνω indefinitum secundum repudiant propter uocalium concursum κρύω enim si eius indefinitum 2. esset ἔκρυον, item παιδεύω, si ἐπαίδυον, nonnihil deforme appareret. Est tamen usitatum illud solum ἤκουον, ab ἀκούω: quod poetis frequentius est, quàm oratoribus, qui huius ac aliorum uice, primo utuntur Indefinito.

EXCV

EXCIPIVNTVR IN QVIBVS PENVLTIMA INDEFINITI secundi non corripitur.

		Præsens			Indefinitum secundum
Sunt autem hæc uel	Dissyllaba	ᾄδω	cano	Indef. 2	ᾖδον
		ἕλκω	trabo		εἵλκον
		ἕλω	idem		εἷλον
		ἔπω	dico		εἶπον
		ἔχω	habeo		εἶχον
		ἥκω	uenio		ἧκον
		ἄγω	duco		ἦγον
		εἴδω	noui		εἶδον, poeticè ἴδον
		ἐλεύθω	uenio		ἦλθον, pro ἤλυθον.
	Trissyllaba	ἐνέγκω	fero	Indef. 2	ἤνεγκον
		πέρθω	capio		ἔπαρθον & ἔπραθον
		δέρκω	uideo		ἔδαρκον & ἔδρακον
		πλήσσω	percutio		ἔπληγον & ἔπλαγον
	Sextæ coniugationis circumflexorum.	σχέω	habeo	Indef. 2	ἔσχον
		εὑρέω	inuenio		εὗρον
		δουπέω	strepo		ἔδουπον
		βλαστέω	germino		ἔβλαστον
		ὀλισθέω, &c.	cado		ὤλισθον.

DE FVTVRIS, QVORVM DVO SVNT, SIGNIFICATIOne quidem eadem, uoce uerò diuersa.

FVTVRVM PRIMVM.

		Persona: Prima	Secunda	Tertia
Sing.	Verber / τύψ	abo / ω	abis / εις	abit / ει
Dual.		caret	abitis / ετον	abunt / ετον
Plur.		abimus / ομεν	abitis / ετε	abunt / ουσι

Formatio huius futuri in unaquaque coniugatione quæ sit, suprà dictum est. Est tamen in quibusdam uariatio, ut sequitur. Formatio.

Variatio futuri.

Futura quędā uariāt uel

Principiū, quę pro tenuibus præsentis sumunt aspiratas. ut, τρέφω *nutrio*, τρέχω *curro*, ἔχω *habeo*; *fut* θρέψω, θρέξω, ἕξω. *ad differentiā* τρέψω ἀπὸ τρέπω *uerto.*

Penultimā utpotequæ sunt uerborum dissyllaborum in εω, *ut* πλέω *nauigo*, ῥέω *fluo*, χέω *fundo*, νέω *nuo, &c.* *Quorū fut. in* ευσω, *ut* πλεύσω, ῥεύσω, χεύσω (σω νεύσω et νεύ

αω, *ut* κλαίω *fleo*, καίω *&* *accendo*, κάω *idem*. *Quæ in* αυσω *faciunt futurum. ut* κλαύσω, καύσω.

Futura illa θρέψω, &c. formātur à uerbis suis propriè sic scribendis θρέχω, θρέφω, ἕχω: at cum in disyllabis principiū utriusque syllabæ non possit habere asperū tenuibus in præsenti scribuntur hæc tria: & aspirationem suam naturalem in futuro recipiūt, ut & θρίξ capillus, in genitiuo habet τριχὸς, non θριχός.

FVTVRVM SECVNDVM.

			Persona		
			Prima	*Secunda*	*Tertia*
Sing.	*Verber* τυπ		*abo* ῶ	*abis* εῖς	*abit* εῖ
Dual.			*caret*	*abitis* εῖτον	*abunt* εῖτον
Plur.			*abimus* οῦμεν	*abitis* εῖτε	*abunt* οῦσι

Formatio. Formatur ab indefinito secundo, ablato tantum augmento principij. ut, ἔτυπον, τυπῶ: & ον ultima in ῶ circumflexum conuerso. ut, ἔσπαρον, σπαρῶ, &c.

IMPERATIVI.

				Persona	
				Secunda	*Tertia*
Præsentis & Imperfecti	*Num*	*Sing.*	*Verber* τυπτ	*a* ε	*et* έτω
		Dual.		*ate* ετον	*ent* έτων
		Plur.		*ate* ετε	*ent* έτωσαν

τύπτω fit τύπτε, conuerso ω in ε.

Perfecti & Plusquàp.	Num.	Sing.	Verber τέτυφ	ato tu ε	ato ille έτω
		Dual.		atote ατον	amo έτων
		Plur.		atote ετε	amo έτωσαν

τέτυφα, α in ε, facit τέτυφε.

Indefiniti primi.	Num.	Sing.	Verber τύψ	ato tu ον	ato ille άτω
		Dual.		ate ατον	ent άτων
		Plur.		ate ατε	ent άτωσαν

ἔτυψα, α in ον facit τύψον, augm. semper reiecto

Indefiniti secundi.	Num.	Sing.	Verber τύπ	ato tu ε	ato ille έτω
		Dual.		atote ετον	amo έτων
		Plur.		atote ετε	amo έτωσαν

ἔτυπον, ον in ε, fit τύπε, augm. reiecto.

Obſerua quòd nullum tempus in reliquis modis retineat augmentum, præter perfectum præteritum, quod in imperatiuo futuri ſenſum (ut inquit Priſcianus) obtinet.

Prima perſona in imperatiuis non reperitur: utimur tamen pro illa prima ſubiũctiui, ut, τύπτωμεν, & cum ἂν, τύπτωμεν ἂν, id eſt uerberemus, &c.

Futurũ nullum nec imperatiui, nec ſubiunctiui agnoſcunt: ueruntamen indefinita ſignificationem futuri utriuſq; (ut affirmat Demetrius) in hiſce habent modis.

OPTATIVI.

Perſona.

				Prima	Secunda	Tertia
Præſentis & Imperfecti	N.	Sing.	Verber τυπτ	arem οιμι	ares οις	aret οι
		Dual.		caret	aretis οιτον	arent οίτην
		Plur.		aremus οιμεν	aretis οιτε	arent οιεν

τύπτω, ω in οιμι, fit op. τύπτοιμι

τέτυφα, α in οιμι fit τετύφοιμι. Perfecti & Plusquamp. N. Verber τετύφ

S.	auiſſem οιμι	auiſſes οις	auiſſet οι
D.	caret	auiſſetis οιτον	auiſſent οίτην
P.	auiſſemus οιμεν	auiſſetis οιτε	auiſſent οιεν

ἔτυψα, α in αιμι, erit opt. τύψαιμι. Indefinit. 1. N. Verber τύψ

S.	auiſſem αιμι	auiſſes αις	auiſſet αι
D.	caret	auiſſetis αιτον	auiſſent αίτην
P.	auiſſemus αιμεν	auiſſetis αιτε	auiſſent αιεν

ἔτυπον, ον in οιμι, fit τύποιμι. Indefinit. 2. N. Verber τύπ

S.	auiſſem οιμι	auiſſes οις	auiſſet οι
D.	caret	auiſſetis οιτον	auiſſent οίτην
P.	auiſſemus οιμεν	auiſſetis οιτε	auiſſent οιεν

τύψω, ω in οιμι, τύψοιμι. Futurum 1. N. Verber τύψ

S.	em οιμι	es οις	et οι
D.	caret	etis οιτον	ent οίτην
P.	emus οιμεν	etis οιτε	ent οιεν

τυπῶ, ῶ in οῖμι, τυποῖμι. Futurum 2. N. Verber τυπ

S.	em οῖμι	es οῖς	et οῖ
D.	caret	etis οῖτον	ent οίτην
P.	emus οῖμεν	etis οιτε οῖτε	ent οῖεν

SVBIVNCTIVI.

τύπτω addito ἐὰν fit ſubiunct. ἐὰν τύπτω. Præſentis & Imperfecti N. Verber τύπτ

	Perſona Prima	Secunda	Tertia
Sing.	em ω	es ῃς	et ῃ
Dual.	caret	etis ητον	ent ητον
Plur.	emus ωμεν	etis ητε	ent ωσι

Perfecti & Plusquamp. Num. Sing. Dual. Plur. Si uerber ἐὰν τετύφ

Sing.	auerim ω	aueris ῃς	auerit ῃ
Dual.	caret	aueritis ητον	auerint ητον
Plur.	auerimus ωμεν	aueritis ητε	auerint ωσι

τέτυφα α in ω, fit τετύφω.

Indefiniti primi. Num. Sing. Dual. Plur. Si uerber ἐὰν τύψ

Sing.	auero ω	aueris ῃς	auerit ῃ
Dual.	caret	aueritis ητον	auerint ητον
Plur.	auerimus ωμεν	aueritis ητε	auerint ωσι

ἔτυψα α in ω, fit τύψω.

Indefiniti secundi. Num. Sing. Dual. Plur. Si uerber ἐὰν τύπ

Sing.	auero ω	aueris ῃς	auerit ῃ
Dual.	caret	aueritis ητον	auerint ητον
Plur.	auerimus ωμεν	aueritis ητε	auerint ωσι

ἔτυπον ον in ω, fit τύπω.

INFINITIVI.

Præsens & Imperfectum	τύπτειν	uerberare	Formantur à	τύπτει tertia persona addito ν
Perfectum & Plusquamp.	τετυφέναι	uerberauisse		τέτυφε eadē pſona addēdo ναι
Indef. primum	τύψαι	idem		ἔτυψε, ε in αι
Indef. secundū	τυπεῖν	idem		τυπεῖ, apponendo ν
Futur. primum	τύψειν	uerberatū esse		τύψει, adiecto ν
Fut. secundum	τυπεῖν.	uerberatū ire		τυπεῖ, addito ν.

Formationes infinitiuorum.

Gerundijs ac supinis Græci carent: subeunt tamen in illorū uicem infinitiui uel soli, uel cum articulo neutri generis, uel deniq; præpositione aliqua.

τύπτειν { uerberandi & uerberatu / uerberando / uerberandū et uerberatū

Et { τοῦ / τῷ / τὸ } τύπτειν { uerberādi et uerberatu / uerberando / uerberādū et uerberatū

Et cum præpositione. ut { ἐπὶ τοῦ / ἐν τῷ / πρὸς τὸ } τύπτειν { gratia uerberandi / in uerberando / ad uerberandum, &c.

PARTICIPIA.

τύπτων à τύπτω, addendo ν.	Præsens & Imperfectũ	ὁ τύπτων	τοῦ τύπτοντος	hic	Verberans. id est qui uerberat uel uerberabat.
		ἡ τύπτουσα	τῆς τυπτούσης	hæc	quæ
		τὸ τύπτον	τοῦ τύπτοντος	hoc	quod
τετυφὼς à τέτυφα, α in ως.	Perfectũ et Plusq̃ perf	ὁ τετυφὼς	τοῦ τετυφότος	qui	uerberauit aut uerberauerat.
		ἡ τετυφυῖα	τῆς τετυφυίας	quæ	
		τὸ τετυφὸς	τοῦ τετυφότος	quod	
τύψας ab ἔτυψας, reiecto ε.	Indefinit.	ὁ τύψας	τοῦ τύψαντος	qui	uerberauit.
		ἡ τύψασα	τῆς τυψάσης	quæ	
		τὸ τύψαν	τοῦ τύψαντος	quod	
τυπὼν ab ἔτυπον, ον in ων, ac ε deiecto.	Indefinit. 2.	ὁ τυπὼν	τοῦ τυπόντος	qui	uerberauit.
		ἡ τυποῦσα	τῆς τυπούσης	quæ	
		τὸ τυπὸν	τοῦ τυπόντος	quod	
τύψων à τύψω, add. ν.	Futurum 1.	ὁ τύψων	τοῦ τύψοντος	uerberaturus	
		ἡ τύψουσα	τῆς τυψούσης	uerberatura	
		τὸ τύψον	τοῦ τύψοντος	uerberaturum	
τυπῶν à τυπῶ add. ν.	Futurum 2.	ὁ τυπῶν	τοῦ τυποῦντος	uerberaturum	
		ἡ τυποῦσα	τῆς τυπούσης	uerberatura	
		τὸ τυποῦν	τοῦ τυποῦντος	uerberaturum	

Hæc de uerbis actiuis, quæ cuiuſcunq; ſint coniugationis, iuxta hoc unicũ paradigma ſunt & formanda, & inflectenda. Formationibus enim, item accentibus & ſyllabis ſingulorum temporũ in hoc paradigmate accuratè ac bene memoriæ mandatis, facile omnia uerba dignoſcere, & hoc modo inflectere poteris.

PA-

PARADIGMA PASSIVI VERBI.

Indicatiui præsens.

Num.	Verber τύπτ	Persona Prima	Secunda	Tertia
Sing.		or ομαι	aris ῃ	atur εται
Dual.		amur nos duo όμεθον	amini uos duo εσθον	antur illi duo εσθον
Plur.		amur όμεθα	amini εσθε	antur ονται

τύπτομαι ἀ τύπτω, ω in ομαι.

Semper dualis numerus est integer, si prima (ut suprà diximus) persona pluralis non exit in μεν, ut hic.

IMPERFECTVM.

Num.	Verber ἐτυπτ			
Sing.		abar όμην	abaris ου	abatur ετο
Dual.		abamur όμεθον	abamini εσθον	abantur έσθην
Plur.		abamur όμεθα	abamini εσθε	abantur οντο

ἐτυπτόμην ab ἔτυπτον, ον in όμην.

PERFECTVM.

Num.	Verber τετυ			
Sing.		atus sum μμαι	atus es ψαι	atus est πται
Dual.		ati sumus μμεθον	ati estis φθον	ati sunt φθον
Plur.		ati sumus μμεθα	estis φθε	sunt μμένοι εἰσί.

FORMATIO PRAETERITI PERFECTI.

- Præteriti paßiui p-ſona ſingularis
  - Prima à prima perſona præteriti actiui fit, conuerſa in μαι extrema uel
    - Litera, in coniugatione uel
      - Prima, in qua
        - Primò α mutatur in μαι. ut, τέτυφα, τέτυφμαι
        - Secundò φ ante μαι in β. ut, τέτυβμαι
        - Tertiò β rurſus ob κακοφωνίαν in μ. ut, τέτυμμαι.
      - Secũda, in qua duo requiruntur in formatione perſonæ primæ
        - 1. mutatur α in μαι, ut λέλεχα, λέλεχμαι
        - 2. χ ante μ in γ, ut λέλεγμαι.
    - Syllaba. nam in reliquis coniugationibus κα migrat in μαι. ut, in
      - Tertia interſeritur σ. ut, πείθω perſuadeo, πέπεικα, πέπεισμαι.
      - Quarta, cuius præteritum actiuum ſi erit
        - χα, formatur ut ſecunda. nam { α / χ } conuertitur in { μαι / γ.
        - κα, fiet ut in tertia, inſerto ante μαι σ.
      - Quinta ſeruat immutabiles
        - λ, ἔψαλκα, ἔψαλμαι
        - ρ, ἔσπαρκα, ἔσπαρμαι
        - μω / μνω } Interponũt η. ut, { νέμω, νενέμηκα, νενέμημαι / τέμνω, τετέμηκα, τετέμημαι.
        - νω, uerò in μ. ut, φαίνω, πέφαμμαι
        - ινω / ανω / υνω } Abijciunt ν { κρίνω, κέκρικα, κέκριμαι / κτείνω, ἔκτακα, ἔκταμαι / θύνω, τέθυκα, τέθυμαι.
  - Secũda in σαι uel
    - Poteſtate ut in coniugatione
      - 1. τέτυψαι: nã ψ ualet πσ.
      - 2 λέλεξαι: nam ξ ualet κσ.
      - 4 cuius præteritũ actiuum eſt χα. ut, ὤρυχα, ὤρυγμαι, ὤρυξαι.
    - Actu, ut in
      - 3. ut πέπεισμαι, πέπεισαι
      - 4. cuius actiuum eſt in κα, ut πέφρακα, πέφρασμαι, πέφρασαι
      - 5. ut ἔσπαρμαι, ἔσπαρσαι. in reliquis perſonis abijcitur σ
      - 6. ut τετόξευμαι, τετόξευσαι.
  - Tertia in ται uel
    - Purum, quod ante ſe habet conſonantem. ut eſt { λέλεκται / τέτυπται / ὤρυκται, &c.
    - Impurum, cui præcedit uel { Vocalis / Diphthongus } ut { κέκριται / τετόξευται, &c.

Secunda persona pro σαι habet nonnunquam η. ut, μέμνημαι memini, μέμνη pro μέμνησαι meministi. Quemadmodũ & præsentis secunda uicissim pro η sumit σαι. ut, φάγομαι comedo, φάγεσαι pro φάγη comedisti. *Annotatiuncula.*

Verba sextæ coniug. quandoq; ante μαι in prima persona recipiũt σ. ut, ἀκούω audio, ἤκουσμαι. κελεύω iubeo, κεκέλευσμαι. κλείω claudo, κέκλεισμαι & κέκλειμαι. μύω claudo, μέμυσμαι. σείω quatio, σέσεισμαι. κρούω pulso, κέκρουσμαι. Quandoq; nullum ante μαι habent σ. ut, λύω soluo, λέλυμαι. βασιλεύω regno, βεβασίλευμαι, τοξεύω sagitto, τετόξευμαι, & id genus plura: quæ non alia ratione, quàm ipso usu ac lectione assidua percipies.

Hactenus de formatione personarum numeri singularis: nunc dualis & pluralis personæ ut formentur, uidendum.

Præteriti perfecti personæ
- *Dualis uel*
  - *Prima fit à prima sing. αι conuerso in εθον. ut,* τέτυμμαι, λέλεγμαι, ἔσπαρμαι *Hinc* τετύμμεθον, λελέγμεθον, ἐσπάρμεθον
  - *Secunda* / *Tertia* — *fit à tertia sing. trifariam,*
    - *1. tenues finales uertuntur in suas aspiratas. ut,* τέτυπται, τέτυφθαι
    - *2. αι in ον. ut,* τέτυφθαι, τέτυφθον
    - *3. quoties tertia singularis exit in ται purum, interponet quoq; σ. ut,* πέπεισται, πέπεισθον. τετόξευται, τετόξευσθον.
- *Pluralis*
  - *Prima à prima duali, ον mutato tantùm in α. ut,* τετύμμεθον, τετύμμεθα.
  - *Secunda in omnibus modis ac temporibus fit à secunda duali, uertendo ον in ε uel*
    - *Tantum, ut* τέτυφθον, τέτυφθε, *&c.*
    - *Interponendo quoq; σ, si tertia habet ται purum. ut,* πέπεισται, πέπεισθε.
  - *Tertia fit uel per*
    - *Participium præteriti, & uerbum* εἰμί, *sum. ut,* τετυμμένοι εἰσί, *ut Latini.*
    - *Tertiam sing. habentem* ται *purum, inserendo ante* ται ν. *ut,* πέπεισται, πέπεισνται, τετόξευται, τετόξευνται.

Nunc subijciam reliquarum coniugationum præterita: quoniam omnis difficultas in solo hæret præterito: & ex eo reliqua omnia facile deducuntur (regulis diligenter obseruatis) tempora.

Secunda coniugatio semper iuxta hoc inflectatur.			
	λέλεγμαι	λέλεξαι	λέλεκται
	λελέγμεθον	λέλεχθον	λέλεχθον
	λελέγμεθα	λέλεχθε	λελεγμένοι εἰσί.

Tertia coniugatio ita inflectitur		πέπεισμαι	πέπεισαι	πέπεισται
		πεπείσμεθον	πέπεισθον	πέπεισθον
		πεπείσμεθα	πέπεισθε	πεπεισμένοι εἰσί
Quarta coniug. sic inflectitur, si præteritum actiuum est	χα	ὤρυγμαι	ὤρυξαι	ὤρυκται
		ὠρύγμεθον	ὤρυχθον	ὤρυχθον
		ὠρύγμεθα	ὤρυχθε	ὠρυγμένοι εἰσί
	κα	πέφρασμαι	πέφρασαι	πέφρασται
		πεφράσμεθον	πέφρασθον	πέφρασθον
		πεφράσμεθα	πέφρασθε	πεφρασμένοι εἰσί
Quinta coniug. semper iuxta horũ uerborum aliquod inflectitur, ut est	ψάλλω	ἔψαλμαι	ἔψαλσαι	ἔψαλται
		ἐψάλμεθον	ἔψαλθον	ἔψαλθον
		ἐψάλμεθα	ἔψαλθε	ἐψαλμένοι εἰσί
	σπείρω	ἔσπαρμαι	ἔσπαρσαι	ἔσπαρται
		ἐσπάρμεθον	ἔσπαρθον	ἔσπαρθον
		ἐσπάρμεθα	ἔσπαρθε	ἐσπαρμένοι εἰσί
	νέμω	νενέμημαι	νενέμησαι	νενέμηται
		νενεμήμεθον	νενέμησθον	νενέμησθον
		νενεμήμεθα	νενέμησθε	νενέμηνται
	τέμνω	τετέμνμαι	τετέμησαι	τετέμηται
		τετεμήμεθον	τετέμησθον	τετέμησθον
		τετεμήμεθα	τετέμησθε	τετέμηνται
	φαίνω	πέφαμμαι	πέφανσαι	πέφανται
		πεφάμμεθον	πέφανθον	πέφανθον
		πεφάμμεθα	πέφανθε	πεφαμμένοι εἰσί
Quinta coniugat.	κρίνω	κέκριμαι	κέκρισαι	κέκριται
		κεκρίμεθον	κέκρισθον	κέκρισθον
		κεκρίμεθα	κέκρισθε	κέκρινται
	κτείνω	ἔκταμαι	ἔκτασαι	ἔκταται
		ἐκτάμεθον	ἔκτασθον	ἔκτασθον
		ἐκτάμεθα	ἔκτασθε	ἔκτανται
	θύω	τέθυμαι	τέθυσαι	τέθυται
		τεθύμεθον	τέθυσθον	τέθυσθον
		τεθύμεθα	τέθυσθε	τέθυνται
Sexta coni. iuxta horum trium uerborũ aliquod inflectitur	ἀκούω	ἤκουσμαι	ἤκουσαι	ἤκουσται
		ἠκούσμεθον	ἤκουσθον	ἤκουσθον
		ἠκούσμεθα	ἤκουσθε	ἠκουσμένοι εἰσί
	τοξεύω	τετόξευμαι	τετόξευσαι	τετόξευται
		τετοξεύμεθον	τετόξευσθον	τετόξευσθον
		τετοξεύμεθα	τετόξευσθε	τετόξευνται
	λύω	λέλυμαι	λέλυσαι	λέλυται
		λελύμεθον	λέλυσθον	λέλυσθον
		λελύμεθα	λέλυσθε	λέλυνται

PLVSQVAMPERFECTVM.

Persona

		Prima	Secunda	Tertia
Sing.	Verber ἐτετυ	atus erã uel fuerã μμλω	atus eras ψο	atus erat πτο
Dual.		ati eramus μμεθον	ati eratis φθον	ati erant φθλω
Plur.		ati eramus μμεθα	eratis φθε	erant μμένοι ἦσαν.

Plusquamperfectum fit à perfecto, μαι in μλω conuerso, & plusquamperfecti actiui augmento seruato. ut, τέτυμμαι, ἐτετύμμλω. Formatio plusquamp.

Secunda uerò ac tertia fiunt à secunda & tertia perfecti, αι mutato in ο. ut, τέτυψαι, ἐτέτυψο: & τέτυπται, ἐτέτυπτο.

Tertia porrò pluralis in ντο exit, quoties tertia singularis το habet purum. ut, ἐκέκειτο, ἐκέκειντο. Sin uerò το fuerit impurum, cõmutabitur tertia pluralis in participium præteritum, & uerbum substantiuum temporis imperfecti. ut, τετυμμένοι ἦσαν, percussi erant, more Latinorum.

INDEFINITVM PRIMVM.

Persona

		Prima	Secunda	Tertia
Sing.	Verber ἐτύφθ	atus sum uel fui λω	es uel fuisti ης	est uel fuit η
Dual.		caret, quia prima plur in μεν	estis uel fuistis ητον	sunt uel fuerunt ήτλω
Plur.		sumus uel fuimus ημεν	estis uel fuistis ητε	sunt uel fuere ησαν

Formatur hoc tempus à tertia persona perfecti, tenuibus ante αι in suas mutatis aspiratas: at αι in λω & in principio indefiniti actiui adiuncto augmento. ut, τέτυπται, ἐτύφθλω. λέλεκται, ἐλέχθλω. ἤκουσται, ἠκούσθλω. κέκειται, ἐκείθλω, &c. Formatio Indef. 1.

EXCIPIVNTVR:

ἐῤῥώσθην		ἔῤῥωται		ῥώομαι	ualeo
ἐπνεύσθην		πέπνυμαι		πνεύομαι	ſpiro
ἐμνήσθην	Quæ irre-	μέμνηται		μνάομαι	memini
ἐσώθην	gulariter	σέσωσται		σώζομαι	ſeruor
εὑρέθην	fiunt à ter-	εὕρηται	à	εὑρέομαι	inuenior
ᾐνέθην	tia perfe-	ᾔνηται		αἰνέομαι	laudor
ᾑρέθην	cti, q̃ eſt	ᾕρηται		αἱρέομαι	eligo
ἐῤῥέθην		ἔῤῥηται		ῥέομαι	dicor
ἐκλίνθην		κέκλιται		κλίνομαι	declinor

Item illa quæ τρε in τρα conuertunt in præteritis, hic rurſum α in ε mutant. ut, τρέπω, τέτραμμαι, ἐτρέφθην. στρέφω, ἔστραμμαι, ἐστρέφθην, &c.

INDEFINITVM SECVNDVM.

Perſona

		Prima	Secunda	Tertia
Sing.	Verber ἐτύπ	atus ſum uel fui ην	es uel fuiſti ης	eſt uel fuit η
Dual.		caret	ati eſtis uel fuiſtis ητον	ſunt uel fuerunt ήτην
Plur.		ati ſumus uel fuimus ημεν	eſtis uel fuiſtis ητε	ſunt uel fuerunt ησαν

Formatio. Formatur hoc indefinitũ ab indefinito ſecundo actiuo (ἔτυπον) commutato tantum ον in ην, ac retracto accentu in penultimam. ut, ἔτυπον, ἐτύπην.

FVTVRVM PRIMVM.

Perſona

		Prima	Secunda	Tertia
Sing.	Verber τυφθήσ	abor ομαι	aberis ῃ	abitur εται
Dual.		abimur όμεθον	abimini εσθον	abuntur εσθον
Plur.		abimur όμεθα	abimini εσθε	abuntur ονται

Formatio. Fit à ſecunda perſona indefiniti primi, depoſito augmento, & addito ομαι ad finem. ut, ἐτύφθης, τυφθήσομαι, &c.

FVTVRVM SECVNDVM.

		Prima	Secunda	Tertia
Sing.	Verber	abor	aberis	abitur
	τυπήσ	ομαι	ῃ	εται
Dual.		abimur	abimini	abuntur
		όμεθον	εσθον	εσθον
Plur.		abimur	abimini	abuntur
		όμεθα	εσθε	ονται

Formatur à secunda indefiniti secundi, sublato augmento, & apposito fini ομαι. ut, ἐτύπης, τυπήσομαι. Formatio.

Paulo pòst futurum, quod Græcis dicitur μετ' ὀλίγον μέλλων. significat enim actionem mox iam esse futuram. ut, τετύψομαι, id est, breui, statim & iamiā uerberabor. priora futura circumscriptum ac determinatum non habent tempus.

		Prima	Secunda	Tertia
Sing.	Verber	abor mox	aberis mox	abitur mox
	τετύψ	ομαι	ῃ	εται
Dual.		abimur mox	abimini	abuntur
		όμεθον	εσθον	εσθον
Plur.		abimur mox	abimini	abuntur
		όμεθα	εσθε	ονται

Formatur à secunda persona perfecti, ante αι posita ομ. ut, τέτυψαι, inserta inter ψ & αι syllaba ομ, fit τετύψομαι. Et hoc tempus seruat augmentum præteriti, à quo deriuatur, in omnibus modis. Formatio.

IMPERATIVI:

Persona

			Prima	Secunda
Præsens & Imperfect.	sing.	Verber	are	etur
		τυπτ	ου	έσθω
	Dual.		amini	entur
			εσθον	έσθων
	Plur.		amini	entur
			εσθε	έσθωσαν

Formatur hoc à secunda persona imperfecti, augmento tantum deiecto, ut, ἐτύπτου, τύπτου. Formatio præsentis.

Perfe-

Perfectum & Plusquamp.	Verber τετυ		
Sing.		ator tu ψο	ator ille φθω
Dual.		aminor φθον	amtor φθων
Plur.		aminor φθε	amtor φθωσαν

Formatio perfecti

Fit à secunda plusquamperfecti, abiecto solum ε augmento, ut, ἐτέτυψο, τέτυψο, ἐλέλεξο, λέλεξο. ὤρυξο, ὤρυξο, &c.

Indefinitum 1.	Verber τυφθη		
Sing.		ator tu θι	ator ille τω
Dual.		aminor τον	amtor των
Plur.		aminor τε	amtor τωσαν

Formatio indef. 1

Fit à tertia indefiniti primi indicatiui, abiecto ε augmento, & fini addita θι, quæ uertitur (ne duæ aspiratæ concurrant) in τι. ut, ἐτύφθη, τύφθητι, pro τύφθηθι.

Indefinitum 2.	Verber τυπη		
Sing.		ator tu θι	ator ille τω
Dual.		aminor τον	amtor των
Plur.		aminor τε	amtor τωσαν

Formatio indef. 2

A' tertia singularis eiusdem temporis, ablato ε augmento, & adiecto θι secundæ personæ, pro quo τι, in reliquis personis & numeris. ut, ἐτύπη, τύπηθι, τυπήτω, &c.

OPTATIVI.

Præsens & imperfectum.

		Prima	Secunda	Tertia
Sing.	Verber τυπτ	arer οίμην	areris οιο	aretur οιτο
Dual.		aremur οίμεθον	aremini οισθον	aremur οίσθην
Plur.		aremur οίμεθα	aremini οισθε	aremur οιντο

Formatio.

Formatur ab optatiuo actiuo eiusdem temporis, solum μι in μην conuerso. ut, τύπτοιμι, τυπτοίμην, retracto accentu in penultimam, propter ultimam longam.

PERFECTVM ET PLVSQVAMPERFECTVM.

Num.		Prima	Secunda	Tertia
	Sing.	uerberatus essem τετυμμένος εἴην	esses εἴης	esset εἴη
	Dual.	caret. nam prima plur. exit in μεν	essetis εἴητον	essent εἰήτην
	Plur.	uerberati essemus τετυμμένοι εἴημεν	essetis εἴητε	essent εἴησαν

Quandocunque tertia pluralis indicatiui suppletur per participium & uerbum substantiuum (id quod fit, si tertia singularis habet ται impurum) supplebitur quoque hic tota inflexio optatiua per participium præteritum, & uerbum substantiuū modi optatiui, Latinorum more. Quòd si habeatur tertia pluralis indicatiui, etiam hic recepto more locum habebit: sed hoc modo. Si ante μαι primæ personæ indicatiui præteriti nulla fuerit consonans, ut νενόημαι: deinde nulla diphthongus ex υ impediat ante μαι posita, ut πεπόρευμαι, assumpto ι cum uocali penultimæ syllabæ, & facta diphthongo, (ut docet Gaza) fiet optatiuus. ut, μέμνημαι, μεμνήμην. νενόημαι, νενοήμην. τέθυμαι, τεθύμην. κέκλειμαι, κεκλείμην: ubi ι ante μην longa est, propter coalescentiam & contractionem utriusque ι. alterum enim iota adiunctum huic facit ἀκροδιφθόγγωσίν τινα, (ut refert Gaza) id est dediphthongationem, ut sic uertam, seu quasi diphthongum. Sed horum inflexionem subijciam. Obseruatio

νενόημαι	νενοήμην	νενοῇο	νενοῇτο
	νενοήμεθον	νενοῇσθον	νενοῄσθην
	νενοήμεθα	νενοῇσθε	νενοῇντο.

Iuxta hoc poteris & reliqua præterita optatiuum admittentia inflectere. ut, τεθύμην, τεθῦο, τεθῦτο, &c. Sic ἔκταμαι, ἐκταίμην, ἐκταῖο, ἐκταῖτο, &c. Et τέθειμαι positus sum, τεθείμην, τεθεῖο, τεθεῖτο, & sic ulterius pergendo.

INDEFINITVM PRIMVM.

		Prima	Secunda	Tertia
Sing.	Verber τυφθ	atus essem uel fuissem είην	esses uel fuisses είης	esset uel fuisset είη
Dual.			ati essetis uel fuiss. είητον	essent uel fuissent ειήτην
Plur.		ati essemus uel fuissemus είημεν	essetis uel fuiss. είητε	essent uel fuissent είησαν

Formatio. Fit à prima singulari, detracto augmento, ac interposita ει diphthongo inter θ & ην. ut, ἐτύφθην, τυφθείην. ἐσπάρθην, σπαρθείην, &c. Prima & tertia persona pluralis sæpius admittũt syncopen τοῦ η. ut, τυφθείημεν, τυφθεῖμεν, uerberati sumus: & sublato μ, fiet tertia τυφθεῖεν pro, τυφθείησαν, uerberati sunt.

INDEFINITVM SECVNDVM.

		Prima	Secunda	Tertia
Sing.	Verber τυπ	atus essem uel fuissem είην	esses είης	esset είη
Dual.			ati essetis είητον	essent ειήτην
Ερῶ, ἐρέω, & εἴρω, dico, pro quo utuntur Oratores ἀγορεύω dico. Imperfectum εἶρον. μ. ἐρῶ & ἐρήσω. π. εἴρηκα. Passiuum εἴρημαι, unde uerbale ῥῆμα, uerbum: & ἐπίῤῥημα aduerbium, abiecta ε diphthong. Indefinit. 1. passiuum ἐῤῥήθην, particip. ῥηθείς. & ἐῤῥέθην. futurum 1. ῥηθήσομαι. ἐρῶ, εἴρω ἐρέω

Ερομαι, εἴρομαι interrogo, dico. μ. ἐρήσομαι & εἰρήσομαι, ab ἐρέομαι & εἰρέομαι. Indef. 2. ἠρόμην & εἰρόμην. ἔρομαι εἴρομαι

Εῤῥω pereo. μ. ἐῤῥήσω & ἐῤῥήσω. ἔῤῥω

Ερχομαι uenio. μ. ἐλεύσομαι. π. medium ἤλυθα & ἐλήλυθα. Inde finit. 2. ἤλυθον & ἦλθον. Imperatiuus ἐλθὲ, ἐλθέτω, &c. ἔρχομαι

Ερδω facio. μ. ἔρξω faciam, ab ἔργω. ἔρδω

Εστημι sto, existo. unde ἑστήκειν, ἑστῶσι. Optatiuus ἑσταίην, & ἀφεσταίην recederem, abstinerem. Infinit. ἑστάναι, ἀφεστάναι, Ionicè aucta sunt hæc: illi enim per ε, non ι, uerba in μι reduplicant, & pro ἔστημι.

ἵσημι, ἕσημι. pro τίθημι, τέθημι dicunt, &c.

ἱστήκω Εστήκω permaneo. μ. ἑστήξω. π. med. ἕστηκα. plusq. ἑστήκειν, ab usitato quoque στήκω potest formari ἕστηκα, augmento ε aspirato adiũcto, propter s, ante quod plerunque aspiratur.

εὑρίσκω Εὑρίσκω inuenio. μ. εὑρήσω. π. εὕρηκα, pass. εὕρημαι, unde ind. 1. εὑρέθην, penultima breui. Indef. 1. medium εὑρησάμην, & per syncopen εὑράμην. Imperatiu. εὗραι. Optatiu. εὑραίμην. Sub. ἐὰν εὕρωμαι. Part. εὑράμενος. Indefinit. 2. Actiuum εὗρον, omnia ab inusitato εὑρέω.

ἔχω Εχω habeo. μ. ἕξω et σχήσω, à σχέω. π. ἔσχηκα: pass. ἔσχημαι, unde σχῆμα figura, et σχῆσις habitus: et ἔσχεμαι, à quo σχέσις habitus. σχετός tolerabilis. & Indef. 1. ἐσχέθην, κατεσχέθην, ab ἔσχεμαι, quod fit à σχῆμι. Potest præteritũ esse εἶγμαι quoque ab actiuo εἶχα, unde uerbale ἕξις habitus, à secũda εἶξαι. Indef. 2. ἔσχον, à σχέω. Imperat. σχὲς à σχῆμι: sicut σπὲς auellito, à σπῆμι auello: & φρὲς ferto, à φρῆμι fero. Optat. σχοίην. Part. σχών, σχόντος. Indefinit. 2. medium ἐσχόμην. Imperatiuus σχοῦ.

Z

ζάω Ζαω uiuo. μ. ζήσω. π. ἔζηκα. Indefinitum primum ἔζησα. Infinitiuus ζῆν.

ζωννύω ζωννύω, ζώννυμι, & ζωννύσκω, cingo. μ. ζώσω. π. ἔζωκα. Pass. ἔζωσμαι. Sic διαζωννύω disiungo, &c.

H

ἤθω Ηθω consueui, pro εἴωθα.

ἠείδει Ηείδει sciebat, pro ᾔδει, interposita ε diphthongo.

ἤκαχεν Ηκαχεν tristauit, ab ἄχω tristo, de quo supra.

ἠμύω Ημύω & ἀμύω inclino. μ. ἠμύσω.

ἥδομαι Ηδομαι delector. μ. ἥσομαι. Pass. ἡσθήσομαι. π. ἧσμαι. Indefin. 1. medium ἡσάμην. pass. ἥσθην delectatus, lætatus sum. Imperat. ἥσθητι. Optat. ἡσθείην. Sub. ἐὰν ἡσθῶ. Infinit. ἡσθῆναι. Part. ἡσθείς.

ἧμαι. Ημαι sedeo, ἧσαι, ἧται. D. ἥμεθον, ἧσθον, ἧσθον. P. ἥμεθα, ἧσθε, ἧνται. Imperfect. ἥμην, ἧσο, ἧτο. Imperat. ἧσο, ἥσθω. Sic compositum κάθημαι sedeo.

Θ

θέλω Θελω uel ἐθέλω uolo. omnia tempora sumit à θελέω, uel ἐθελέω circumflexo. μ. θελήσω. Indefinitum primum ἐθέλησα, & ἠθέλησα, &c.

Θνήσκω morior. μ. medium θνήξομαι. 2. θανοῦμαι. paulopost fut. τεθνήξομαι, & τεθναξοῦμαι. Indefinit. 1. actiuum ἐτέθνασα. 2. ἔθανον, à θάνω. π. actiuum τέθνηκα à θνάω, et τέθνααι: & tertia pluralis τεθνᾶσι pro τεθνάασι, à τέθνημι, ut ἴσασι ab ἴσημι. Imperat. τέθναθι. Opt. τεθναίην. Infinit. τεθναίναι & τεθνάναι. Particip. τεθνὰς, à τέθνημι: & τεθνεώς, τεθνειώς, et τεθνακώς, poeticè τεθνηκώς & τεθνεώς, τεθνῶτος. θνήσκω

Θάπτω sepelio, defodio. μ. θάψω. Indef. 1. ἔθαψα. 2. passiu. ἐτάφην, à τάφω. θάπτω

I

Ιέω, ῶ & ἴημι sine aspiratione, id est uado, eo, ἴης uadis, ἴησι uadit. Infinit. ἰέναι, προσιέναι adire, ἐξιέναι exire, &c. Medium ἵεμαι, ἵεσαι, ἵεται. Imperfect. ἵειν, ἵεσο, ἵετο, &c. Imperat. ἵεσο, ἱέσθω, ἵεσθον, ἱέσθων, ἵεσθε, ἱέσθωσαν. Partic. ἱέμενος, &c. ἰέω ἴημι

DE ἵημι, ID EST MITTO, CVPIO, SEDEO, INDVO. ἵημι

Indicatiuus actiuus. Indicatiuus.

Præsens. Præsens.

Præsens	Singul.	ἵημι	ἵης	ἵησι
	Dual.		ἵετον	ἵετον
	Plural.	ἵεμεν	ἵετε	ἱᾶσι.
Imperfect.	Singul.	ἵην	ἵεον & ἵουν	ἵης, ἵεες & ἵεις, ἵη, ἵεε & ἵει
	Dual.		ἵετον	ἱέτην
	Plural.	ἵεμεν	ἵετε	ἵεσαν.

Imperfectū.

Perfectum εἶκα, εἶκας, εἶκε, etc. Infinit. εἱκέναι Particip. εἱκὼς per ει, ne conueniat cum indefinit. suo ἧκα, si esset ἧκα preteritum, ἧκα ab ἥσω futuro. Perfectum.

Indefinit. 1. ἧκα, & ἕηκα. composita ἀφῆκα amisi, προσῆκα admisi, ἀνηκάμην remisi, et ξυνέηκα commisi. Indefinit. 1

Indefinit. 2	Singul.	ἥν	ἧς	ἧ
	Dual.		ἧτον	ἥτην
	Plural.	ἧμεν	ἧτε	ἧσαν.

Indefinit. 2

Futurum primum ἥσω, ἥσεις, ἥσει, etc. ἀφήσω dimittam, etc. Futurum. 1

Imperatiuus. Imperatiu.

Præsens. ἵεθι, ἱέτω, etc. Indifinit. 2. ἕς, ἕτω, sicut θές, à τίθημι, cuius inflexionem sequitur per omnia. Composita, πρόες remitte. ἄφες dimitte, et κάθες demitte, etc.

Optatiuus. Optatiuus.

Præsens, ἱείην, ἱείης, ἱείη, etc. ut τιθείην. Indefinitum secundum εἵην, εἵης, εἵη, ut θείην.

tia pluralis ἵστασαν, & syncope ἴσαν. Imperat. ἵσταθι, ἱστάτω. D. ἵστα-
τον, ἱστάτων. P. ἵστατε, ἱστάτωσαν. Vel per syncopen ἴσι, ἴστω. D. ἴστον, ἴ-
στων. P. ἴστε, ἴστωσαν & ἴστων.

Ισαμαι medium, ἴστασαι, ἵσταται, &c. ut ἵσταμαι. ἴσαμαι

Ιςαμαι, ἴστασαι ἴσταται, scio. Vnde compositum ἐπίσταμαι, ἐπίστα- ἴσταμαι
σαι, ἐπίσταται, &c. disco, scio. Imperfect. ἠπιστάμην, ἐπίστασο, & ἐπίσ- ἐπίσταμαι
ω, ἐπίστατο. Futurum ἐπιστήσομαι ab ἐπιστάω.

Ισθι uel ἴστα pro ἵσταθι Imperatiuus factus à tertia imperfecti. ἴσθι, ἴστα

Ιτέον eundum, & ἰτητέον, à tertia perfecti passiui ἧται, ab εἶμι ἰτέον.
uado, unde ἰτέον & sublato ε, ἰτέον.

K

KAθέζω & καθέζομαι sedeo. μ. 2. med. καθεδοῦμαι, ut φράσω, μ. καθέζω
φράσω. 2. φραδῶ, medium φραδοῦμαι.

Κάθημαι sedeo, κάθησαι, κάθηται, etc. ut ἧμαι. Imperfect. ἐκαθή- κάθημαι
μην, ἐκάθησο, ἐκάθητο, etc. augetur præpositio, quoniam non plus
significat quàm simplex ἧμαι sedeo. Imperat. κάθου, et κάθησο. In-
definit. 1. actiuum καθῆκα.

Καθαιρέω, ῶ, subuerto. Indefinit. 2. καθεῖλον, à καθέλω. καθαιρέω

Καθαίρω purgo. Indef. 2. ἐκάθηρα. καθαίρω

Καλέω uoco. μ. καλέσω. π. κέκληκα pro κεκάληκα. π. passiuum καλέω
κέκλημαι. Indefinitũ primum ἐκάλεσα, et reliqua sunt regularia.

Κάμνω et κάμω laboro. π. κεκάμηκα & syncope κέκμηκα. μ. καμέ- κάμνω
σω abusiuum: medium, καμοῦμαι. Indef. 2. ἔκαμον. κάμω

Καταγνύω frango. Indef. 1. κατέαξα. uide ἄγνυμι. καταγνύω

Καίω uel κάω incendo, uro. μ. καύσω. π. κέκαυκα. Indefinit. 1. ἔ- καίω κάω
καυσα et ἔκηα. Indefinit. 2. ἔκαον rarum. pass. ἐκάην. μ. pass. καήσομαι
et καυθήσομαι.

Κεραννύω et κεράννυμι misceo, sumit sua tempora à κεράω. μ. κε- κεραννύω
ράσω et syncope τοῦ ε, κράσω. π. κέκρακα. Pass. κεκέραμαι et κέκρα- κεράννυμι
μαι, κέκρασαι. hinc κρᾶσις, mixtio, commixtio, temperamentum.

Κεῖμαι iaceo, κεῖσαι, κεῖται, etc. Imperfect. ἐκείμην, ἔκεισο, ἔκειτο. μ. κεῖμαι
med. κείσομαι, κείσῃ, κείσεται, etc. Sic ἀνάκειμαι accumbo. ἐπίκειμαι
discumbo. διάκειμαι dispono, etc.

Κλάζω et κλάγγω clango, resono. μ. κλάγξω. π. med. κέκλαγγα. κλάζω
Particip. κεκλαγγώς. Indef. 1. ἔκλαγξα. κλάγγω

Κλαίω uel κλάω fleo, defleo. μ. κλαύσω et κλαήσω, uel κλαιήσω. κλαίω
π. κέκλαυκα, pass. κέκλαυμαι, unde κλαῦμα, et inserto θ, κλαυθμὸς κλάω
fletus,

fletus, ploratus. Indefinitum primum ἔκλαυσα.

κορέω κορεννύω — Κορέω, ῶ, κορεννύω & κορέννυμι saturo, orno. μ. κορέσω & κορήσω. Indefinit. 1. ἐκόρεσα.

κρεμάζω — Κρεμάζω. κρεμάω, ῶ, & κρέμαμαι suspendo. μ. κρεμάσω.

κρυβείς ἐκρύβην — Κρυβεὶς & ἐκρύβην Indef. 1. pass. est à κρύπτομαι uel κρύβομαι abscondor. μ. κρύψομαι.

κράζω ἐκέκραξα — Κράζω. clamo. μ. κράξω & κεκράξω, à κεκράγω Indef. 1. ἔκραξα & ἐκέκραξα.

κτάομαι — Κτάομαι possideo. μ. ησω. π. ηκα. pass. κέκτημαι & ἔκτημαι.

λαγχάνω — Λαγχάνω sortior. μ. λαγχάσομαι, à ληχέω sortior. reliqua tempora sumit à λήχω. π. εἴληχα. medium εἴληχα, uel λέλογχα.

λανθάνω — Λανθάνω lateo, omnia tempora desumit λήθω barytono.

λαμβάνω — Λαμβάνω capio, comparo, sua tempora habet omnia ex λήβω.

μανθάνω — Μανθάνω disco. omnia tẽpora capit à μαθέω, ῶ. μ. ησω. π. ηκα. Indefinit. 2. ἔμαθον.

μαίνομαι — Μαίνομαι insanio. μ. μανοῦμαι. π. medium μέμηνα. Indefinitum secundum ἐμάνην.

μάχομαι — Μάχομαι pugno. μ. μαχέσομαι & μαχοῦμαι, à μαχέομαι. Indef. 1. ἐμαχεσάμην. π. passiuum μεμάχημαι.

μέρω — Μέρω partior. μ. μερῶ. π. pass. εἵμαρμαι. medium μέμορα, & ἔμμορα, poeticè ἔμορα.

μέλω, μέλομαι — Μέλω, & μέλομαι curo. μ. μελήσω. π. μεμέληκα. medium μέμελα & μέμηλα in uersu. Indef. 1. ἐμέλησα, à μελέω. Indefinit. 2. ἔμελον. μέλει curæ est, ἔμελε curæ erat, μελήσει curæ erit, μεμέληκε curæ fuit. μέμηλε idem, ἐμεμήλει curę fuerat, μεμηλὼς quod curę fuit, &c. Impersonalia.

μέμνημαι — Μέμνημαι perfectum est à μνάομαι, recordor. Plusquamperf. ἐμεμνήμην. Indefinit. 1. ἐμνήσθην. μ. μνησθήσομαι.

μέμαα — Μέμαα promptus fui, est præteritum medium à μάω obsoleto, cuius futurum est μήσω. præter. μέμηκα, pass. μέμαμαι à μῆμι, unde

αὐτόματος — de ματὸς promptus, & αὐτόματος ultroneus, qui per se et casu aliquid facit. præteritum medium μέμηα, à μέμηκα, & μέμαα pe-

μεμαώς — nultima correpta Ionicè. unde particip. μεμαώς, & μεμὼς contractè.

μένω μίμνω — Μένω & μίμνω maneo, expecto. μ. μενῶ. π. μεμένηκα, à μενέω. Indef. 1. ἔμεινα.

Μιγνύω

Μιγνύω & μίγνυμι misceo. μ. μίξω. Indef. 2. ἐμίγην, à μίγω. μιγνύω

Μοργνύω abstergo. μ. μόρξω, à μόργω. μοργνύω

N

NAσσα habitaui. νάσσατο habitauit & νάσθη idem, quorum origo ac thema non extat: sed sunt ita à loquendi consuetudine absque præsenti reperta. νάσσα, νάσσατο, νάσθη

Νέω & νεύω nuo. μ. νεύσω. π. νένευκα, ad discrimen τοῦ νέω nato, neo, uado. μ. νήσω. π. νένηκα. νέω

Omnia uerba desinentia in ννύω, & ννυμι, formant sua tempora à uerbis habentibus ω purum, hoc est cui ω præcedit ea uocalis, quæ est ante terminationem ννυω, uel ννυμι: & ut clarius dicam, mutatis tantum duabus hisce terminationibus in ω semper, habebis uerbũ à quo reliqua formabis tempora. ut, ζωννύω cingo, à ζώω cætera, præter ζωννύω præsens & imperfectũ ἐζώννυον, deducuntur omnia tempora. Sic κεραννυμι, à κεράω. κορεννύω, à κορέω. πεταννύω extẽdo, à πετάω. ῥωννύω, ualeo, à ῥώω. στρωννύω sterno, à στρώω. χωννύω obruo aggere, sepelio, à χώω. στορεννύω mitigo, & alia his similia. Regula de ννύω & ννυμι. ζωννύω κεραννύω κορεννύω πεταννύω ῥώννυμι στρώννυμι στορεννύω χωννύω ξυνίημι

Ξ

ΞΥνίημι intelligo. μ. ξυνήσω. Indefinitum primum ξυνῆκα & poeticè ξυνέηκα. Imperfect. præsentis ξυνίουν, audiebam, intelligebam à ξυνίω. Indefinit. 2. ξυνῆν, &c. unde imperat. ξύνες intellige, &c.

O

OΖω oleo. μ. ὄσω π. med. ὦδα & ὄδωδα. Aristophanes habet futurum ὀζήσω, ab ὀζέω. ὄζω

Οἴχομαι abeo, discedo. μ. οἰχήσομαι. π. ᾤχημαι. Indef. 2. ᾠχόμην, ab ᾠχησάμην primo indefinito. οἴχομαι

Οἴομαι puto, arbitror, & syncope οἶμαι. Imperfect. ᾠόμην, ᾤου, ᾤετο, &c. & ᾤμην. μ. οἰήσομαι. π. ᾤημαι. Indefinitum primum ᾠήθην, ab οἴέομαι. οἴομαι οἶμαι

Οἶσθα, nosti, & οἶδα noui: prius est secunda persona Aeolica, pro οἶδασθα, ab οἶδας: alterũ prima præteriti medij ab εἴδω scio. οἶσθα, οἶδα

Ολισθαίνω, ὀλισθέω, ῶ, labor, cado. μ. ὀλισθήσω. π. ὠλίσθηκα. med. ὤλισθα Indef. 1. ὠλίσθησα. 2. ὤλισθον. ὀλισθαίνω ὀλισθέω

Ομνύω & ὄμνυμι iuro, uel ὀμόω, ῶ. μ. ὀμόσω & ὀμοῦμαι, ab ὄμω. π. ὤμοκα & ὀμώμοκα. ὀμνύω, ὀμόω

ὀνίνημι Ονίνημι, ὄνημι, & ὀνέω iuuo, fruor. μ. ὀνήσω. π. ὤνηκα. Indef. 1. me
ὄνημαι dium ὠνησάμην, & syncope ὠνάμην. Imperat. ὤνησαι, & ὄνασο.
ὀνέω Optat. ὀνησαίμην, ὀναίμην, & ὀνάμην.

ὄρω Ορω moueo, attollo, infero. μ. ὄρσω. π. ὦρα & ὄρωρα. unde ὀρώρη
moueatur. Indef. 1. ὦρσα, ab ὤρσα facta per syncopen τοῦ ε: sicut &
fut. ὄρσω ab ὀρέσω, quod descendit ab ὀρέω commoueo, ruo.

ὀφείλω Οφείλω, ὄφλω, & ὀφλισκάνω debeo. μ. ὀφειλῶ, & ὀφειλήσω, ab ὀφει
ὄφλω λέω, & ὀφλήσω ab ὀφλέω. π. ὤφληκα. Indef. 1. ὤφλησα, & indefini-
tum 2. ὦφλον, uel ὤφελον.

Π

πάσχω Πάσχω patior, ἔπασχον. μ. πείσομαι patiar, à πείθομαι pareo. cu-
ius futurum πείσομαι parebo, simile est uoce fut. πείσομαι à
πάσχω, ideo ex significatione dignoscantur. Indef. 2. ἔπαθον, à πή
θω. Preteritum medium πέπονθα. Participium πεπονθώς, πεπον
θότος, à πένθω.

πάομαι Πάομαι, ῶμαι, acquiro. μ. πάσομαι. π. πέπαμαι.

πεταννύω Πεταννύω extendo, & πετάω uel πετάζω idem. μ. πετάσω. π. πε
πέτακα, & πέπτακα, pass. πέπταμαι. Indef. 1. pass. ἐπετάσθην. hinc
παραπέτασμα uelum, interiecto σ.

πέπτω Πέπτω, πίμπτω, & πέττω uel πέσσω digero. μ. πέψω, πίμψω, &
πίμπτω πέσω.
πέρθω
πέρδω πέρθω populor. Indef. 2. ἔπραθον pro ἔπερθον.
πέφρικα Πέφρικα horrui pro πέφριχα, à φρίττω horresco. μ. φρίξω.
πηγνύω Πηγνύω & πήγνυμι figo, conglutino. μ. πήξω. π. πέπηχα, med.
πέπηγα. Indef. 2. ἐπάγην.

πίπτω Πίπτω cado. μ. πέσομαι obsoletum, pro quo πεσοῦμαι Dorico
utimur. π. πέπτωκα à πτόω. Indefinitum primum ἔπεσα à πέ
σω: & ἔπεσα à πέτω, unde ἔπεσον ceciderunt. Indefinitum secun
dum ἔπεσον.

πίνω Πίνω bibo. μ. πίσω. π. πέπωκα, à πόω. pass. πέπομαι à πῶμι, un
de καταπεπόσθαι bibisse. Indefinit. 1. ἔποσα. pass. ἐπόθην. Indef. 2.
ἔπιον, à πίω. Imperat. πῖθι, tanquam à πίμι, pro πίε. fut. 2. mediũ
πίομαι pro πιοῦμαι.

πίμπρημι Πίμπρημι comburo. μ. πρήσω, & πιμπρήσω. Indefinitũ primum
ἔπρησα.

πίμπλημι Πίμπλημι impleo. Imperat. πίμπλη, pro πίμπληθι imple. Pas-
siuum πίμπλαμαι plenus sum. Imperfectum ἐπιμπλάμην, ασο,
ατο:

ατο: unde tertia pluralis πίμπλαντο implebantur. reliqua tempora sumit à πλήθω impleo.

Πράττω uendo. μ. πράσω. π. πέπρακα. Indefinit. 1. ἔπρασα. Pass. ἐπράθην. Infinit. πραθῆναι. πράττω

Προΐεμαι & προΐημι, sed rarius illo, significat, præmitto, perdo, abijcio. Indef. 1. medium προηκάμην. προΐεμαι

Πρίαμαι emo, ἐπριάμην emebam: ἐπρίασο uel ἐπρίαο, & ἐπρίω emebas: ἐπρίατο emebat. Imperatiu. πρίασο, & πρίω eme. reliqua tempora usui non sunt recepta. πρίαμαι πρίω

Πτάω, ῶ, uolo, as. Indefinitum primum medium ἐπτάμην uolaui. πτάω

Πυνθάνομαι interrogo. μ. πεύσομαι. π. pass. πέπυσμαι pro πέπευσμαι. Indefinit. 2. ἐπυθόμην à πεύθομαι. πυνθάνομαι

P.

Ῥέω, fluo, dico. μ. ῥεύσω & ῥυήσω à ῥυέω. π. ἐῤῥευκα, & ἐῤῥύηκα. Indefinitum 2. actiuum ἐῤῥύην, à ῥύημι. Infinitiu. ῥυῆναι. Particip. ῥυείς, εῖσα, έν. Sic ἐπιῤῥέω affluo: διαῤῥέω diffluo, ubi ρ semper geminatur addita præpositione, ut hic: uel augmento, ut, ῥέω, ἔῤῥεον. ῥέω

Ῥηγνύω, ῥήγνυμι, & ῥηγνύσκω, rumpo. μ. ῥήξω à ῥήγω. π. ἔῤῥηχα. passiuum ἔῤῥηγμαι & ἔῤῥωγμαι, unde ῥῆγμα ruptura, & ῥωγμός scissura. med. ἔῤῥωγα pro ἔῤῥηγα, unde διέῤῥωγα, disrupi, &c. Indefinit. 2. pass. ἐῤῥάγην. ῥηγνύω. ῥήγνυμι

Ῥωννύω & ῥώννυμι ualeo, μ. ῥώσω, à ῥόω. π. ἔῤῥωκα. passiuum ἔῤῥωμαι. Plusquamperfectum ἐῤῥώμην. Imperat. ἔῤῥωσο, ἐῤῥώσθω. in duali caret. pluralis uero ἔῤῥωσθε, ἐῤῥώσθωσαν. Infinitiuus ἐῤῥῶσθαι. ῥωννύω ῥώννυμι

Σ

Σβεννύω & σβέννυμι extinguo. μ. σβέσω & σβήσομαι, à σβέω. π. ἔσβεκα. pass. ἔσβεσμαι. Indef. 1. med. ἐσβεσάμην, pass. ἐσβέσθην. Indef. 2. act. ἔσβον, pass. ἔσβην à σβῆμι. σβεννύω σβέννυμι

Σεύω & σεύομαι, moueo, persequor. preteritum passiuum ἔσσυμαι, à σύω, concito, quod in præterito habet σέσυμαι, & transpositione τοῦ σ, ἔσσυμαι. Indefinit. 1. ἔσσευα pro ἔσευσα. pass. ἐσύθην pro ἐσσεύθην, à σεύομαι. σεύω σεύομαι

Σήπομαι putresco. μ. σήψομαι. Indefinit. 2. ἐσάπην. σήπομαι

Finita in σκω, uel σκομαι, formant sua tempora ab ω & ομαι puris, Regula de

σκω, & σκομαι. puris, hoc est, à seipsis, tantum σκω & σκομαι in ω conuersis ut, ἀρέσκω, ab ἀρέω. μ. έσω. π. εκα, &c. Sic βρώσκω comedo, a βρώω. γηράσκω senesco, à γηράω. ἱλάσκομαι placo, propitius sum, ab ἵλαομαι, &c.

βρώσκω γηράσκω ἱλάσκομαι σπένδω

Σπένδω, σπενδίσκω & σπένδομαι, libo, paciscor. μ. σπείσω, à σπείδω. Indefinit. 1 ἔσπεισα, ἐσπεισάμην, &c.

στάζω Στάζω & σταλάζω stillo. μ. στάξω.

στύω Στύω & στυάζω stillo. μ. στάξω & στυάξω.

στορεννύω Στορεννύω & στορέννυμι sterno. μ. έσω. π. εκα, à στορέω.

στρωννύω Στρωννύω. μ. ωσω. π. ωκα, à στρώω sumit tempora.

στεῦται στεῦτο Στεῦομαι promitto, præfinio. στεῦη, στεύεται & στεῦται. Imperf. ἐστευόμην, ἐστεύου, ἐστεύετο & στεῦτο poeticè.

συνίημι Συνίημι intelligo. Indef. 1. συνῆκα, & ξυνέηκα, item ἐξυνῆκα Atticè. Indefinitum 2. συνῆν. Imperat. συνές. Particip. συνείς.

σχέω Σχέω habeo. μ. σχήσω. π. ἔσχηκα. Indefin. 2. ἔσχον. Imperatiu. σχές, σχέτω, à σχῆμι.

T

τάζω TAζω tendo. μ. τάξω Indefinitum secundum ἔταγον, & ἐτέταγον, unde partic. τεταγών.

τανύω, τάζω, ταίνω, τανύσσω Τανύω, ταίνω, τανύσσω & τάζω extendo. μ. τάσω. π. τέτακα. pass. τέταμαι. Indefinitum primum ἔτασα. pass. ἐτάθην. particip. ταθείς. formantur propria tempora etiam à singulis uerbis. ut, τανύω, μ. τανύσω. ταίνω, μ. τανῶ, &c.

τέμνω τέθνημι. uide θνήσκω Τέμνω seco. μ. τεμῶ, τμήσω, & τμήξω à τμήγω. π. τετέμηκα, τέτμηκα syncope. medium τέτομα. Indefinit. 1. ἔτμησα, medium ἐτμησάμην. pass. ἐτμήθην. Indef. 2. ἔταμον, uel ἔτεμον. Particip. ταμών, uel τεμών.

τεύχω Τεύχω facio. μ. τεύξω. π. τέτευχα. pass. τέτευγμαι, tertia τέτευκται, unde τέτυκται. Indefinit. 2. actiu. ἔτυχον.

τήκω Τήκω liquefacio. μ. τήξω. π. τέτηκα pro τέτηχα.

τίκτω Τίκτω pario. μ. τέξω, à τέκω. π. medium τέτοκα. Indef. 1. passiu. ἐτέχθην. Indefinit. 2. act. ἔτεκον.

τιτρώσκω Τιτρώσκω uulnero. μ. τρώσω, à τρώω. π. τέτρωκα, passiu. τέτρωμαι. Indef. 1. ἔτρωσα.

τίνω, τίω Τίνω uel τίω soluo. μ. τίσω. π. τέτικα, &c.

τιτράω Τιτράω perforo, pertundo. μ. τρήσω, à τράω.

Nota. Notabis, quòd uerba quoque barytona hoc recipiũt augmentum

tum & reduplicationem, quam in μι uerba. ut, ϑράω, τιτράω. φράω facio, πιφράσκω idem. μνάω recordor, μιμνήσκω.

Τλάω uel τλῆμι tolero. μ. τλήσω. π. τέτληκα. Indef. 1. ἔτλησα. Indefinit. 2. ἔτλην. Infinit. τλῆναι. At imperat. τέτλα & τέτλαθι, suffer: & optat. τετλαίην sufferrem, à τέτλημι. τλάω τλῆμι τέτλημι

Τρέω timeo. μ. τρέσω. at τρέω. μ. τρήσω, perforo significat. τρέω

Τρέφω alo, nutrio. μ. ϑρέψω pro τρέψω, quod uenit à ϑρέπω uerto. π. τέθρεφα. medium τέτροφα. pass. τέθραμμαι. Indefinit. 2. ἔτραφον. medium ἐτραφόμην. pass. ἐτράφην. τρέφω

Τρέχω curro. μ. ϑρέξω per ϑ. 2. δραμῶ. medium 2. δραμοῦμαι. π. δεδράμηκα, à δραμέω. Indefinit. 2. ἔδραμον. τρέχω

Τρώγω comedo, uoro. μ. τρώξω, π. τέτρωχα. passiuum τέτρωγμαι, unde τρωκτής & τρωκτός uorax. futurum secūdum medium φάγομαι pro φαγοῦμαι. Indefinitum secundum actiu. ἔτραγον, uel ἔφαγον, à φήγω. τρώγω

Τυγχάνω id est sum, assequor. μ. τυχήσω à τυχέω, & τεύξομαι à τεύχω. π. τετύχηκα. Indefinit. 2. ἔτυχον. τυγχάνω

Υ

Υω pluo. μ. ὕσω. π. ὗκα. Indefinitum primum ὗσα. Impersonalia sunt ὕει pluit, ὗε pluebat, ὗκε pluit, ὕκει pluerat, ὕσει pluet, ὗσε pluit. Pass. ὕομαι cōpluor, pluuia perfundor. præterit. ὕσμαι, unde indef. 1. ὕσθην, infinit. ὑσθῆναι. ὕω

Υπισχνέομαι, ὑπίσχομαι, & ὑποσχέομαι promitto. μ. ὑποσχήσομαι, & ὑποστήσομαι ab ὑφίσταμαι. π. ὑπέσχημαι. Indefinitum primum ὑπεσχέθην. Indefinitum secundum ὑπέστην, medium ὑπεσχόμην. ὑπισχνοῦμαι ὑπίσχομαι

Υποδύω subeo. μ. ὑποδύσω. Indef. 2. ὑπέδυν ab ὑπόδυμι. ὑποδύω

Υποστρίσκω priuo. μ. ὑποστρίσω, & hinc alia fiunt. ὑποστρίσκω

Υπνώττω dormito. μ. ὑπνώσω. ὑπνώττω

Φ

Φάσκω dico, imperat. ἔφασκον dicebam. in reliquis desideratur. φάσκω

Φάγω uel φήγω comedo, rarius præsens. Indef. 2. ἔφαγον. fut. 2. φάγομαι, φάγῃ, uel φάγεαι, φάγεται, &c. φάγω

Φεύγω fugio. μ. φεύξομαι, uel φευξοῦμαι. π. medium. πέφευγα. Indefinit. 2. ἔφυγον. φεύγω

Φέρω, φρῶ, uel φέρημι fero, Infin. φέρειν, et syncope φρῆν. μ. οἴσω, φέρω, φρ φρῆμι

ab οἴω, & φρήσω à φρῆμι. unde εἰσφρήσω inferam. π. med. ὠίλοια χα, ab οἴχω. Indef. 1. ὤιγκα, ab οἴγκω: & ἔφερον. Pass. ἐλήλεγμαι. particip. οἰχθείς. Indefin. 2. ἤνεγκον, & ἤνεγκα. unde imperat. φέρε, fer, εἴσφερε infer, ἔκφερε effer.

φημὶ φημί, uel ἠμὶ dico à φάω. Indicatiuus φημί, φής, φησί. Dual. φατὸν, φατὸν. Plural. φαμὲν, φατέ, φασί, ultima acuta. Imperfectum ἔφην, ἔφης, ἔφη. Dualis ἔφατον, ἐφάτην. Pluralis ἔφαμεν, ἔφατε, ἔφασαν, & ἔφαν. uel in singulari φῆν, φῆς, φῆ, dicebam, dicebas, dicebat. & ἦν, ἦς, ἦ, dicebam, as, at. Indefin. 2. ἔφην, ἔφης, ἔφη. Dualis ἔφητον, ἐφήτην. Plural. ἔφημεν, ἔφητε, ἔφησαν, & ἔφαν, uel φᾶν dixerunt.

Indicat. φῆν ἦν

Imperatiu. Infinit. Imperat. φάθι dic. Subiunct. ἐὰν φῶ, φῇς, φῇ, &c. Infinit. φάναι dicere, per acutũ penultima. Nam φᾶναι circumflexo apparuisse significat, & est Indef. 1. à φαίνω appareo.

Medium Indicatiuus præsentis medij, φαμαί, φασαί, φαταί, &c. Imperfect. uel indef. 2. ἐφάμην, ἔφασο, ἔφατο, & cætera.

φθάνω φθάνω assequor, præuenio. μ. φθάσω. π. ἔφθακα. Plusquamp. ἐφθάκειν, à φθάω. Indef. 1. ἔφθασα. Particip. φθάσας. Indef. 2. ἔφθην. Imperat. φθῆθι. Optat. φθαίην. Sub. ἐὰν φθῶ. Infinit. φθῆναι. Partic. φθάς. omnia à φθῆμι.

φθίνω φθίνω deficio, corrumpo. dicitur & φθινύθω, φθινυθίσκω in eadem significatione. μ. φθίσω à φθίω.

φρίττω φρίττω horreo. μ. φρίξω. π. πέφρικα, de quo & supra.

φοινίσσω φοινίσσω & φοινίζω cruento. μ. φοινίξω.

φύω φύω, nascor, sum. μ. φύσω. π. πέφυκα. Indefinitum secundum ἔφυν à φῦμι, ἔφυς, ἔφυ uel φῦ fuit. Infinit. φῦναι. Particip. φύς, φύντος.

X

χαίρω Χαίρω gaudeo, ualeo. μ. χαιρήσομαι, χαιρήσομαι & χαιρήσω. Indefinit. 2. ἐχάρην, à χαρέω.

χάσκω χάσκω, aspicio, hio. μ. χανῶ, med. χανοῦμαι. π. med. κέχηνα. Indefinit. 2. ἔχανον, à χαίνω.

χέω, χεύω χέω uel χεύω fundo. μ. χεύσω, χύσω & χεῶ. π. κέχυκα, & κέχυκα. Indefinit. 1. ἔχεα. Imperat. χέον, ἔκχεον effunde. Infinit. χέαι. Partic. χέας. fut. 2. χεῶ fundam.

χρωννύω χρωννύω & χρώννυμι coloro. μ. χρώσω. π. pass. κέχρωσμαι, à χρόω, seu χρώζω.

Χωννύω

Χωννύω sepelio. μ. χώσω. Indefinit. 1. ἔχωσα, medium ἐχωσάμην χωννύω
à χώω.

Χώω, χύω fundo. μ. χύσω. χώω

Χρή oportet, à χρῆμι, unde ἀπόχρη sufficit. Imperfecto, ἔχρην oportet, & χρῆν. Infinitiuum χρῆναι, oportere. Futurum χρήσει oportebit. χρή, ἔχρην χρῆν

Ω.

Ωθω, uel ὠθέω impello. μ. ὤσω & ὠθήσω. π. ὦκα & ἔωκα. pass. ἔωσμαι. Indefinitum primum ἔωσα, unde ἀπέωσα depuli. ὤθω, ὠθέω

Ωνέομαι, οῦμαι emo. μ. ὠνήσομαι. π. ὤνημαι & ἐώνημαι, unde ἐωνημένος emptus. Imperfectum est ἐωνούμην emebam. plura reperies de hoc in ὄνημι suprà. ὠνέομαι

Ὦρσα, eleuaui, concitaui. est indefinit. 1. factum per syncopen pro ὤρυσα, ὦρσα, ab ὀρύω, de quo suprà. ὦρσα

Et hæc præcepta sint de uerbis: nunc ad reliquas orationis partes pergamus absoluendas.

DE

DE PRONOMINE. ACCIDENTIA PRONOMINIS.

Pronomini accidũt

- *Genus*
  - *Masculinum*
  - *Fœmininum*
  - *Neutrum*
- *Numerus*
  - *Singularis*
  - *Dualis*
  - *Pluralis*
- *Casus*
  - *Nominatiuus*
  - *Genitiuus*
  - *Datiuus*
  - *Accusatiuus*
- *Personæ*
  - *Prima*
  - *Secunda*
  - *Tertia*
- *Species. alia enim sunt pronomina uel*
  - *Primitiua, ut*
    - ἐγώ *ego*
    - σύ *tu*
    - ὅς *suus*
  - *Deriuatiua, quæ sunt uel*
    - *Possessiua*
      - ἐμός *meus*
      - σός *tuus*
      - ἑός uel ὅς *suus*
      - νωΐτερος *noster duorum*
      - σφωΐτερος *uester duorum*
      - ἡμέτερος *noster*
      - ὑμέτερος *uester*
      - σφέτερος *suus*
      - *ab* ἐμοῦ, σοῦ, ὅς, νώ, σφώ, ἡμεῖς, ὑμεῖς, σφέ.
    - *Demonstratiua*
      - οὗτος *hic*
      - ἐκεῖνος *ille.*
    - *Relatiuum unum, nempe* αὐτὸς *ipse.*
    - *Cõposita*
      - ἐμαυτοῦ *meiipsius*
      - σεαυτοῦ *tuiipsius*
      - ἑαυτοῦ *suiipsius*
      - *ab* ἐμέ, σε, ἕ *et ab* τοῦ.

DECLINATIONES PRONOMINVM

Primitiuorum.

SIngul. ἐγώ, ego: ἐμοῦ & μοῦ mei: ἐμοί & μοί mihi: ἐμέ & μέ me. Dual. νώ nos: νῶϊν nostrũ & nobis. Plural. ἡμεῖς nos, ἡμῶν nostrum, ἡμῖν nobis, ἡμᾶς nos. *Declinatio τοῦ ἐγώ.*

Singul. σύ tu: σοῦ tui, σοί & poeticẽ τίν, uel τεΐν tibi: σέ te. Dual. σφῶ uos: σφῶϊν uestrum. Plural. ὑμεῖς uos: ὑμῶν uestrum: ὑμῖν uobis: ὑμᾶς uos.

Singul. ὅς suus, sed abusiuẽ: οὗ sui, οἷ & ἑοῖ sibi: ἕ se. Dual. σφὲ & σφωέ & σφώ se: σφωΐν & σφῷν sui. Plur. σφεῖς sui, abusiuẽ autem: σφῶν sui: σφίσι sibi: σφᾶς se.

Nota quòd primitiua sæpius usurpentur pro possessiuis. ut, θεός μου. Deus meus, pro θεὸς ἐμός. Sic θεός σου, Deus tuus, &c.

Possessiua.

Masculina			Fœminina			Neutra.		
ἐμός	meus	Inflectuntur ut θεός	ἐμή	mea	Flectuntur ut τιμή	ἐμόν	meum	declinant ut καλόν
σός	tuus		σή	tua		σόν	tuum	
ὅς / ἑός	suus		ἥ	sua		ὅν / ἑόν	suum	
			ἑή	sua				

Declinatio possessiuorum.

Masc.			Fœm.			Neut.		
νωΐτερος	noster	ut θεός flectũtur.	νωϊτέρα	nostra	ut ἡμέρα declinãtur.	νωΐτερον	nostrum	ut καλόν declinabis.
σφωΐτερος	uester		σφωϊτέρα	uestra		σφωΐτερον	uestrum	
ἡμέτερος	noster		ἡμετέρα	nostra		ἡμέτερον	nostrum	
ὑμέτερος	uester		ὑμετέρα	uestra		ὑμέτερον	uestrum	
σφέτερος	suus		σφετέρα	sua		σφέτερον	suum	

DECLINATIO DEMONSTRATIVORVM.

Masculinum οὗτος hic.

SIngul. οὗτος, τούτου, τούτῳ, τοῦτον, ὦ οὗτος. D. τούτω, τούτοιν, ὦ τούτω. P. οὗτοι, τούτων, τούτοις, τούτους, ὦ οὗτοι.

Fœmininum αὕτη hæc.

S. αὕτη, ταύτης, ταύτῃ, ταύτην, ὦ αὕτη. D. ταύτα, ταύταιν, ὦ ταύτα. P. αὗται, τούτων, ταύταις, ταύτας, ὦ αὗται.

Neutrum τοῦτο hoc.

S. τοῦτο, τούτου, τούτῳ, τοῦτο, ὦ τοῦτο. D. τούτω, τούτοιν. P. ταῦτα, τούτων, τούτοις, ταῦτα, ὦ ταῦτα.

Ἐκεῖνος ille inflectitur ut θεός: ἐκείνη illa, ut τιμή: ἐκεῖνο illud absque ν flectitur ut καλόν.

At ταυτὰ pro τοιαῦτα huiusmodi, uel τὰ αὐτὰ eadẽ, ut ταὐτὸ pro τὸ αὐτό.

Relatiuum	αὐτός	ipse	Inflectitur ut	θεός
	αὐτή	ipsa		τιμή
	αὐτό	ipsum		καλόν.

Relatiuũ hoc omniũ est personarũ. ut, αὐτὸς ἐποίησα, ego ipse feci. αὐτὸς ἐποίησας, tu ipse fecisti. αὐτὸς ἐποίησε, ille ipse fecit, &c.

DECLINATIO COMPOSITORVM.

Omnia composita nominatiuo carent, pro quo utimur relatiui nominatiuo.

Primæ personæ	Masc.	ἐμαυτοῦ	ἐμαυτῷ	ἐμαυτόν	Dualem & pluralẽ numerũ non habent.
	Fœm.	ἐμαυτῆς	ἐμαυτῇ	ἐμαυτὴν	
	Neut.	ἐμαυτοῦ	ἐμαυτῷ	ἐμαυτό.	
Secũda persona	M.	σεαυτοῦ et σαυτοῦ	σεαυτῷ et σαυτῷ	σεαυτὸν & σαυτὸν	Reliquis numeris caret.
	F.	σεαυτῆς, σαυτῆς	σεαυτῇ, σαυτῇ	σεαυτὴν, σαυτὴν	
	N.	σεαυτοῦ, σαυτοῦ	σεαυτῷ, σαυτῷ	σεαυτό, σαυτό	
Tertiæ personæ numeri, Sing.	M.	ἑαυτοῦ, & αὑτοῦ	ἑαυτῷ & αὑτῷ	ἑαυτὸν, & αὑτὸν	Dualem non habet, sed pluralem qui flectitur tribus modis.
	F.	ἑαυτῆς, αὑτῆς	ἑαυτῇ, αὑτῇ	ἑαυτὴν, αὑτὴν	
	N.	ἑαυτοῦ, αὑτοῦ	ἑαυτῷ αὑτῷ	ἑαυτὸ, αὑτὸ	

Tertiæ personæ numeri, Plur.:

- M. ἑαυτῶν, αὑτῶν, & σφῶν αὐτῶν. ἑαυτοῖς, αὑτοῖς & σφίσιν αὐτοῖς. ἑαυτοὺς, αὑτοὺς, & σφᾶς αὐτοὺς.
- F. ἑαυτῶν, αὑτῶν & σφῶν αὐτῶν. ἑαυταῖς, αὑταῖς, & σφίσιν αὐταῖς. ἑαυτὰς, αὑτὰς & σφᾶς αὐτάς.
- N. ἑαυτῶν, αὑτῶν & σφῶν αὐτῶν. ἑαυτοῖς, αὑτοῖς & σφίσιν αὐτοῖς, &c.

Relatiuum hoc ἑαυτοῦ est omnium personarum. ut, ἑαυτοῦ sui ipsius, uel tuiipsius. & ἑαυτῶν nostrûm ipsorum, uestrûm ipsorũ & suiipsorum, &c.

DECLINATIO PRONOMINIS INDEFINITI δεῖνα, quod est generis omnis, ὁ, ἡ, τὸ δεῖνα, id est, quidam, quædam, quiddam.

Nominatiuus ὁ, ἡ, τὸ	δεῖνα uel δεὶς poeticè	Genitiuus τοῦ, τῆς, τοῦ	δεῖνατος, δεῖνα, δεῖνος	Datiuus τῷ, τῇ, τῷ	δεῖνατι, δεῖνα, δεῖνι	Accusatiuus τὸν, τὴν, τὸ δεῖνα.

Hoc pronomen non excedit numerum singularem.

DE CONIVNCTIONE.

συμπλεκτικός Coniunctionum alia est copulatiua, συμπλεκτικός. ut, μὲν quidem, δὲ uerò, τε que, καὶ &, ἀλλὰ sed, ἀτὰρ cæterùm, αὐτὰρ ast, ἠμὲν atque, ἠδὲ atque, ἂν si, ὅτι quòd.

διαζευκτικός Disiunctiua, διαζευκτικός, ἢ aut, ἤτοι siue, ἠὲ uel.

συναπτικός Continuatiua, συναπτικός, εἰ si, εἴπερ siquidem, ἐπειδήπερ idem.

Subcon-

Subcõtinuatiua, παρασυναπτικός, ἐπεὶ cum, ἐπειδὴ quando, ἐπείπερ postquam, ἐπειδήπερ idem, ἐπειὴ idem, & ἐπείδη idem. παρασυναπτικός

Causalis, αἰτιολογικός, ἵνα ut, ὅπως quoniam, γὰρ enim, ὅτι quia, γε enim, διότι quandoquidem, ὄφρα ut, ἕνεκα ut, οὕνεκα ut. αἰτιολογικός

Dubitatiua, ἀπορηματικός, ἆρα an, εἶτα deinde, μῶν utrum, μὴ num. ἀπορηματικός

Rationalis, συλλογιστικός, ἀλλὰ atqui, ἀλλὰ μὴν certè, at ucrò, οὖν itaque, τοίνυν proinde, τοιγάρτοι ergo, τοιγαροῦν igitur, γε uerùm, ἂν si. συλλογιστικός

Expletiua, παραπληρωματικός, δὴ iam, πῶ licet, τοὶ sane, δῆτα certe, περ quidem, πω idem, μὴν igitur, οὖν idem, γε idem, νὺ utique, νῦν utique, θὴν quidem, ἂν idem, ἄρ idem, κεν idem. παραπληρωματικός

Potentialis, δυνητικός, ἂν si, κε idem, κεν idem. δυνητικός

Discretiua, seu electiua, διακριτικός ἢ ἐπιλεκτικός, ut ἢ aut. διακριτικός

Diminutiua, ἐλαττωτικός, περ quidem, γοῦν certe quidem, γε sane. ἐλαττωτικός

Aduersatiua, ἐναντιωτικός, ὅμως attamen, καίτοι tamen, καίπερ licet, ἔμπης tamen, πλὴν nisi. ἐναντιωτικός

DE PRAEPOSITIONE.

Præpositiões apud Græcos sunt octodecim: quarum

- *Sex sunt monosyllabæ, ut*
  - *ἐν, & poeticè ἐνὶ in. at ἔνι pro ἔνεστι licet*
  - *εἰς, in*
  - *ἐκ* / *ἐξ* — *ex* — *ἐκ ante consonantem, ut ἐκ γῆς ex terra*; *ἐξ ante uocalem uel diphth. ἐξ ὧν ex quibus*
  - *πρό, ante*
  - *πρός, ad*
  - *σύν, cum*
- *Duodecim dissyllabæ*
  - *ἀνά, per*
  - *κατά, iuxta*
  - *διά, per*
  - *μετά, cum* post te in
  - *παρά, apud. at πάρα pro πάρεστι adest*
  - *ἀντί, contra*
  - *ἐπί, in. sed ἔπι pro ἔπεστι, superest*
  - *περί, de*
  - *ἀμφί, circum*
  - *ἀπό, ab*
  - *ὑπό, sub*
  - *ὑπέρ, super.*

DE ADVERBIO

χρόνου ADuerbiorum aliud est temporis. ut νῦν nunc, τότε tunc: ποτὲ aliquando, ἤδη iam, ἄρτι nuper, αὖθις rursum, τέως eousque, ἕως donec, ἡνίκα cum, ἔπειτα postea, μετέπειτα deinde, σήμερον hodie, αὔριον cras χθὲς heri, πάλαι olim, ἀεὶ semper, αὐτίκα mox, ἔτι adhuc, πάλιν rursum, μέχρι usque, μεταύριον, perendie, ἑσπέρας uesperi.

τόπου Loci, ἄνω sursum, κάτω deorsum, ἔξω foras, ἔσω intro, πόῤῥω procul, ἐγγὺς prope, ἐναντίως contra, χαμαὶ humi, ἔνθα ubi, ὅθεν unde, ἐπέκεινα ultra, μακρὰν longe, ἵνα ubi, ἀπάντικρυ ex aduerso, ἐνταῦθα hic, ἐκεῖ ibi, ποῦ ubi, οὗ ubi, ἔνθεν hinc, ἐνθένδε illinc, δεῦρο huc, ἐνώπιον coram, ἔμπροσθεν ante, αὐτοῦ illic, ὅποι quò, ὁπόθεν unde, πόθεν unde.

Ad locum significant δε, σε, ζε particulæ adiunctæ in fine nominum. ut, οὐρανὸς cœlum, οὐρανόνδε in cœlum, οὐρανόσε idem, οὐρανόζε idem. & sic alia ad locum sunt formanda aduerbia, solum appositis fini ζε uel σε, quibus non præcedat consonans. ut, ἄλλος alius, ἀλλόσε aliò, &c. uel δε, cui præcedat ν, ut οἶκονδε quod & οἴκαδε domum, ἀγρόνδε in agrum, Ἴλιόνδε ad Ilium, &c.

De loco motus notæ sunt θεν uel θε. ut, οἶκος domus, οἴκοθεν, uel οἴκοθε domo, οὐρανόθεν de cœlo, ὑπὲρ super, ὑπέρθεν desuper, &c.

In loco esse ostendunt θι uel σι, item ει & οι. ut, οὐρανόθι, uel οὐρανόσι in cœlo: ἀθήνησι Athenis, pro ἀθήναισι, αι ante σι in η uersa, quemadmodum in θήβησι Thebis, & his similibus: ἐκεῖ illic, οἴκοι domi, &c.

ποιότητος Qualitatis, εὖ bene, καλῶς pulchre, ἡδέως libenter, σοφῶς sapienter, & cætera in ως, quæ fiunt à genitiuo plurali tum nominum, tum participiorum, tātum ν finali in ς mutato. ut, αἰσχρὸς turpis. τῶν αἰσχρῶν, hinc αἰσχρῶς turpiter: sic ἐπιστάμενος sciens, τῶν ἐπισταμένων, ἐπισταμένως scienter. Huius formæ sunt & illa in δην, quæ significant quoque mediocritatem. ut, κυνηδὸν canine, βοτρυδὸν dense, ἀγεληδὸν gregatim. Item in ισι. ut, ῥωμαϊσὶ Romane, ἑλληνισὶ Græce, ἑβραϊσὶ Hebraice, γερμανισὶ Germanice.

ποσότητος Quantitatis, ἅπαξ semel, δὶς bis, τρὶς ter, τετράκις quater, πεντάκις quinquies, & sic ulterius apponendo semper fini κις, cui præcedat α. Sic πολλάκις sæpenumero, ὀλιγάκις raro, &c.

Hor-

Hortandi, εἶα eia, ἄγε age, ἄγετε agite, φέρε age, φέρετε agite, δεῦρο huc adſis, ἴθι uade, age, δεῦτε huc agite. παρακελεύσεως

Congregandi, ἅμα ſimul, ὁμοῦ pariter, συλλήβδην collectim, ἀθρόως uniuerſim, πανδημεὶ uulgo, πανσυδὶ per uniuerſos, πανοικὶ tota domo, ἅλις ſatis, ἄρδην [ſimul,] prorſus. ἀθροίσεως

Separandi, ἄνευ ſeorſim, χωρὶς ſeparatim, δίχα ſemotim, ἄτερ ſine, ἀκονιτὶ citra puluerem, ἀπονητὶ citra laborem, ἀμελητὶ neglectè, & cætera. διαιρέσεως

Excipiendi, πλὴν præterquam. ἐξαιρέσεως

Ordinis, ἑξῆς deinde, ἐφεξῆς deinceps, εὐθὺς protinus, εὐθέως ſtatim, ἐξαίφνης repentè, αὐτίκα continuò, παραχρῆμα illico. τάξεως

Similitudinis, ὡς ut, ὥσπερ ueluti, καθὰ quemadmodum, καθάπερ ſicut, οὕτως ſic, quod ſcribitur ante uocalem: οὕτω uerò ante cõſonantem: ὃν τρόπον quomodo, ὁμοίως ſimiliter, ἠΰ ut, ἠΰτε ut. ὁμοιώσεως

Intendendi, ſiue uehementiæ, λίαν nimis, ἄγαν nimium, μάλιστα maximè, πάνυ admodum, σφόδρα ualde, πάντη penitus, παντελῶς omnino, παντάπασι planè, πάμπαν omnino, παμπήδην planè, πάγχυ idem. ἐπιτάσεως

Huc pertinere uidentur particulæ illæ, quæ quidem per ſe nihil ſignificant, præfixæ tamen alijs dictionibus agendi & intendendi uim habent. αὐξήσεως

Vt ſunt	ἀρι	Exẽpla ſunt	δῆλος	manifeſtus	Hinc	ἀρίδηλος	ualde manifeſtus
	ἐρι		δοῦπος	ſonitus		ἐρίδουπος	multum ſonans
	ζα		θεός	Deus		ζάθεος	diuinus, admirandus
	λα		πτύω	ſpuo, excreo		λαπτυὴρ	q immodicè excreat
	λι		πόνηρος	malus		λιπόνηρος	ualde malus
	βου		λιμός	fames		βούλιμος	maxima fames.

Minuendi porrò ſunt eiuſdem generis quædam particulæ, nempe νη, νε & α, quæ per ſe nullius quoque ſunt ſignificationis, ſed in compoſitione diminuunt ſignificationem, ac priuant. ut, κέρας cornu, νήκερως cornibus carens, πὸς pes, πόδες pedes: hinc οἱ νέποδες paruos, ſiue nullos pedes habentes. Sic δόξα gloria, ἄδοξος inglorius, &c. μειώσεως

Abiurandi, μὰ per, μὴ per, μὰ δία, per Iouem, ἀπομόσεως

Coniecturæ, ſiue euentus, ἴσως forſan, τάχα forſitan, τυχὸν forte. εἰκασμοῦ

Interrogandi, πόθεν unde, ποῖ quò, ποῦ ubi, πηνίκα quando, πῶς quomodo. ἐρωτήσεως

διασαφήσεως. Declarandi, διαῤῥήδην luculenter, ἀναφανδὸν clarè, ἤγουν uidelicet, οἷον uelut, τουτέστιν hoc eſt, εἴτουν ſiue.

θέσεως Poſitionis, ἀναγνωστέον legendum, γραπτέον ſcribendum, &c.

σχετλιασμοῦ Exclamandi, ἆ ha, ὦ ô, ἰοὺ iu, οἴμοι hei, φεῦ heu, παπαὶ papæ, αἲ heu, αἶ heu, ἰὼ io, heu, οὐαὶ uæ.

θαυμασμοῦ Admirandi, ὦ ô, φεῦ heu.

ἐκπλήξεως Stuporis, ἆ ô, ἡράκλεις papæ, dij boni, & ſic uiri dicunt: fœminę autem, ὦ φίλη ἀφροδίτη, quod idem eſt cum Germanico, ô du mutter Gotts, & exclamant fœminæ: ἰὰ papæ.

θειασμοῦ Diuinitatis, εὐοῖ euœ, εὐὰν euan.

συγκρίσεως Comparandi, μᾶλλον magis, ἧττον minus, πλέον plus, μόγις uix, μόλις idem.

ἀνέσεως Remittendi, ἠρέμα ſenſim, ἡσυχῆ paulatim, μόγις uix, μόλις uix, χρονίως tardè, ἐκ ταδίου lentè, κατα μικρὸν pauliſper, βάδην pedetentim, βραδέως tardè, ὡσεὶ fermè.

βεβαιώσεως Affirmandi, ſiue confirmādi, δηλαδὴ uidelicet; δήπουθεν profectò. πάντως omnino, ὄντως reuera, ἦ certè, ἀληθῶς uerè.

ἀρνήσεως Negandi, οὐ non, quod in clauſulis & repetitione acuitur ſic οὔ, & ſic ſcribitur ante conſonantes: ante uocales uerò οὐκ, ante aſpirationes οὐχ. οὔκουν non, οὐδαμῶς nequaquam, ἥκιστα minimè, οὔτε neque, οὐδὲ neque, μὴ non, μήτε neque, μηχὶ non, μηδαμῶς nullo modo.

δείξεως Demonſtrandi, ἰδοὺ ecce, ἠνὶ en, ὧδε hic, ἐκεῖ illic, ἐνθάδε hic.

εὐχῆς Optandi, εἴθε utinam, αἴθε idem, ὤφελον ô ſi.

κλήσεως. Vocandi, ὦ ò.

ἀποδόσεως Digreſsionis, ὡς itaq;.

ἀπαγορεύσεως Prohibendi, μηδαμῶς nullatenus, μὴ ne, ἐμποδὼν impedimento.

ἐπικρυπτικοῦ. Occultandi, λάθρα clanculum.

Interiectio. Interiectiones annumerāt Græci aduerbijs. ut, ἰοὺ hei, οἴμοι hei mihi, βαβαὶ papæ, οὐαὶ uæ, &c.

Formatio aduerbiorum. Adiectiua neutri generis apud Græcos aduerbiaſcunt. ut, πολλὰ ſæpè, ὠκὺ celeriter, ταχὺ uelociter, χαλεπὸν difficile, &c.

Poſſunt aūt ab omnibus orationis partib. formari aduerbia.

A nomine, φρόνιμος prudens, τῶν φρονίμων, fit φρονίμως prudenter, & ſic ab alijs genitiuis pluralibus; item ſingularibus datiuis.

A uer-

A uerbo, αἴρω tollo, αἴρδην acriter, &c.

A participio εἰδότων scientium, εἰδότως scienter, &c.

Ab articulo datiuo generis fœminini τῇ, τῇδε, hic, &c.

A pronomine τούτων horum, οὕτως sic, &c.

A præpositione ἀνὰ per, ἄνω sursum: κατὰ iuxta, κάτω deorsum, &c.

Ab aduerbio, ἐγγὺς prope, ἐγγύθεν cominus, &c.

A coniūctionibus, δὴ sane, ποῦ ubi, & δήπου, δήπουθεν, profectò.

Et hæc de octo partibus orationis dicta sint, quantum pertinet ad formationem ac inflexionem, satis & perspicuè. nunc ad συντάξεως præcepta pergamus.

DE SYNTAXI.

SCiendum est quòd Græci multum consentiant in constructione cum Latinis. Quarè qui exactè Latinam percepit Syntaxin, ille tutò & absq; difficultate Græcas uoces iuxta Latinas componere poterit: tantùm notatis ijs quæ admittunt aliquam uariationem, ac à Latinis, propter destitutionē quorundam accidentium, quæ Grçci non habent, discedunt. Omissis itaq; omnibus, quæ utriusq; sunt cōmunia, dicemus, quæ propria sunt linguæ Græcæ: ac primùm de nomine. Obseruatio

GENITIVVS CVM NOMINE.

NOta hic prius, quòd Græci fermè semper adhibent genitiuum, aut (quod rarius) datiuum, ubi Latini habent ablatiuum. quare & hoc, si notaueris, faciliorem reddet totam construendi rationem.

REGVLA PRIMA.

COmparatiui adsciscunt genitiuos uel singulares, uel plurales. ut, Ἀχιλλεὺς ἰσχυρότερός ἐστιν Αἴαντος, Achilles fortior est Aiace. & ἰσχυρότερός ἐστιν ἄλλων, fortior est alijs. Regula.

Infertur comparatiuus nōnunquam cum ἢ cōiunctione uel sola, ut, ὡμίλησα ἀρείοσιν ἢ ὑμῖν: uel, ὡμίλησα ἀρείοσιν ἢ περ ὑμῖν. qui datiuus regitur à uerbo, non comparatiuo.

Vel cum κατὰ. ut, πλέον ἢ κατὰ ἄνθρωπον. plus quàm secundum hominem. pro quo etiam, πλέον ὡς κατὰ ἄνθρωπον, dicitur.

Vel cum infinitiuo. ut, νόσημα μεῖζον ἢ φέρειν, morbus maior, q̄ ut feratur: aut, τὸ νόσημα μεῖζον ἢ ὥστε δύνασθαι φέρειν, interposito ὥστε aduerbio.

SECVN-

2.Regula. SECVNDA REGVLA.

ADiectiua crebrò gaudent genitiuo ἐλλειπτικῶς, deficiente ἕνεκα id est causa. ut, ὦ μακάριε τῆς θέας, pro ἕνεκα τῆς θέας, ô beate qui ista uideris.

3.Regula. TERTIA.

ADiectiua composita cum α priuatiua particula admittunt genitiuum, uel accusatiuum cum præpositione πρός. ut, ἄπιστος τούτου, uel πρὸς τοῦτον, infidus huic, & ad hunc: sed hoc fit Atticè.

4.Regula. QVARTA.

ADiectiua cuiusque generis substãtiuè posita, substantiuorũ more genitiuum adsciscũt. ut, ἄξιος τοῦ μισθοῦ, dignus mercede, πολλὴ τῆς ὁδοῦ, & πολὺ τῆς ὁδοῦ, multa uia, pro πολλὴ ὁδός.

5.Regula. QVINTA.

QVæ ad laudem, uel uituperium pertinent, genitiuo, uel accusatiuo efferuntur. ut: ἀνὴρ μεγάλης ἀρετῆς, uel ἀνὴρ μέγας ἀρετὴν, uir magna uirtute.

DATIVVS CVM NOMINE.

Prima regula.

1.Regula. ADiectiua composita à σὺν con, & ὁμοῦ simul, requirunt datiuum. ut, σύντροφος ἐμοὶ, cõnutritus mihi. ὁμόψυχος ἐμοὶ, unanimis mecum.

2.Regula. SECVNDA.

ADiectiua passiuè sumpta postulant datiuum. ἄγνωστον τοῖς πολλοῖς, ignotum multis.

ACCVSATIVVS CVM NOMINE.

Prima regula.

1.Regula. ADiectiua iunguntur ubique apud Græcos cum accusatiuo per synecdochen, aut subintellectum κατὰ præpositionis. ut, κόσμιος τὴν ἀναβολὴν, ornatus uestimentum. & σῦρος καὶ τοὔνομα, καὶ τὴν πατρίδα, Syrus & nomine & patria, intelligitur κατὰ τοὔνομα, &c. secundum nomen & patriam.

2.Regula. SECVNDA.

VErbalia in τεον adsciscunt datiuum, uel accusatiuum, & ut breuius dicam, imitantur uerborum suorum constructionem. ut, δοτέον ἐμοὶ, dandum est mihi, uel δοτέον ἐμὲ τῷ φίλῳ ἀργύριον, dandum est mihi, uel oportet me dare amico pecuniam.

TER-

TERTIA.

IN datiuo pronominis αὐτὸς ipse, sæpenumero subintelligi- 3.
tur prępositio σὺν con. ut, αὐτοῖς ὅπλοις ἔλαβεν ἄνδρας, id est,
σὺν αὐτοῖς ὅπλοις, una cum armis accepit uiros, &c.

SYNTAXIS VERBORVM.

Nominatiuus cum uerbo.

PRIMA REGVLA.

OMnia nomina singularia singularibus adiunguntur uer- 1. Regula.
bis: dualia uero dualibus, & pluralia pluralibus. ut, ζῶον
τρέχει, animal currit. ἄμφω τρέχετον, ambo currũt. ζῶα τρέχουσι, ani
malia currunt. Sic ἀθῆναι διέπρεπον φιλοσοφίαν, Athenæ excel-
luerunt philosophia: non διέπρεπε, excelluit.

Excipe:

PRimò, nomina collectiua, quæ in singulari numerum plu- Exceptio 1.
ralem, id est multitudinem significãt, singularibus & plu-
ralibus adiungũtur uerbis. ut, ὁ δῆμος εἶπεν, populus dixit. uel,
ὁ δῆμος εἶπον, populus dixerunt. hinc Demosthenis illud, δῆ-
μος ἐκνενευρισμένοι, populus eneruati.

Secundò, nominatiuus pluralis masculini & fœminini ge- 2.
neris poetis construitur cũ uerbo singulari: ut, τοῦ δὲ ἦν τρεῖς κε-
φαλαί. pro ἦσαν: illius erant tria capita. Sic ὕμνοι τέτυκται, pro τέ
τυκνται, hymni sunt facti.

Tertiò, ἄμφω ambo, & δύω duo, coniunguntur uerbis dua- 3.
libus & pluralibus. ut, ἄμφω τρέχετον: uel, ἄμφω τρέχουσι, ambo
currunt. Sic, δύω τρέχετον: uel, δύω τρέχουσι.

REGVLA SECVNDA.

VErba substantiua εἰμί, τυγχάνω, & ὑπάρχω sum, utrinque reci 2. Regula.
piunt nominatiuum, quorum posterior semper erit par-
ticipium uel nomen, cum participio uerbi εἰμί. ut, σωκράτης τυγ
χάνει περιπατῶν, Socrates est ambulans. uel, σωκράτης τυγχάνει
ὢν σοφός, Socrates est existens sapiens. Sic ἐγὼ εἰμι γράφων, ego
sum scribens. id est, ἐγὼ γράφω, ego scribo. & ἐγὼ εἰμι γεγραφώς,
ego scripsi: & sic omnium temporum participijs componun-
tur hæc uerba substantiua.

Genitiuus cum uerbo.

VErba accusandi, damnandi, absoluendi, & similia his, cõ- 1. Regula.
struuntur cum genitiuo criminis. ut sunt, διώκω accuso,

Accusandi, Damnandi, Absoluẽdi, ἁλίσκω cõuinco, φεύγω reus sum, καταγινώσκω damno, κατηγορέω idẽ, διώκω σε φόνου, accuso te cędis: ἀπελύθη τοῦ ἐγκλήματος, absolui à crimine, &c.

Abstinẽdi, Abstinendi, ut ἀπέχομαι τούτου, abstineo ab hoc, & similia.

Admirãdi, Admirandi, θαυμάζομαι τούτου, admiror hoc, &c.

Appetẽdi, Affectionis animi, Desiderij. Appetendi, cupiditatis, desiderij, & quæcunque animi affectionẽ, uel apprehensionem per sensum significant. ut sunt: ἐφίεμαι appeto, ἐπιθυμῶ desidero, φιλῶ amo, ἀγαπῶ diligo, ἐλεῶ misereor, οἰκτείρω idem, αἰσθάνομαι sentio, ἀκούω audio, ἅπτομαι tango, γεύομαι gusto, ὀσφραίνομαι olfacio, ἐρῶ amo, ἐφίεμαι τοῦ ἀγαθοῦ, appeto bonum, &c.

Exceptio. Excipe uidendi uerba, ὁρῶ uideo, θεῶμαι contemplor, βλέπω uideo, &c. quæ habent accusatiuũ.

Assequẽdi, Frustrandi. Assequendi, & frustrandi, ut sunt, ἐντυχῶ assequor, ἀτυχῶ non compos sum uoti, ἀποτυγχάνω frustror, τυγχάνω adipiscor, &c. ἐπηγγελμένων τυχεῖν ἀγαθῶν, promissa bona assequi.

Cogitandi Communicandi Curandi Possidendi Cogitandi, communicandi, curandi, possidendi. ut, φροντίζω cogito, ἐπιμέλομαι curo, φείδομαι parco, ἀπολαύω fruor, κοινωνῶ cõmunico, μετέχω participo, μέμνημαι memini, &c. κοινωνῶ σοι τῆς δόξης, sum particeps tecum glorię: φρόντιζε τούτου, cogita hoc, μεταλαμβάνω τούτου, particeps sum huius, &c.

Cõcedendi Concedendi, συγχωρῶ concedo, ὑπείκω cedo, &c.

Copiæ & Inopiæ Copiæ & inopiæ, item plenitudinis, γυμνῶ σε ἀγαθῶν, nudo te bonis. Sic κενῶ euacuo, πληρῶ impleo, πληθύω plenus sum, γεμίζω impleo, & similia.

Desinendi Differendi Distandi Desinendi, differendi, & distandi, λῆγε τῶν πόνων, desine laborare: διαφέρει πάντων, differt ab omnibus. Sic χωρίζομαι separo, ἀπέχω disto, διΐστημι distinguo, διέχω diuido.

Egendi Emendi Vendendi Aestimãdi Priuandi Erroris Egendi, emendi, uendendi & æstimandi, item priuandi & erroris, ut sunt, δέομαι indigeo, πωλῶ uendo, τιμῶμαι æstimo, ἁμαρτάνω pecco, στέρομαι priuo, ὠνοῦμαι emo, ὠνησάμην πέντε δραχμῶν, emi quinque drachmis

Incipiendi Implendi Imperandi Incipiendi, implendi, imperandi. ut, οὐκ ἦρχον μάχης, non incipiebam pugnam. πληρῶ σε ἀγαθῶν, impleo te bonis. ἄρχω, βασιλεύω, κυριεύω, τυραννῶ, κρατῶ πάντων, dominor omnibus.

Materiæ Memoriæ Materiæ, memoriæ, & obliuionis. ἐποίησε λίθου, fecit è lapide. μέμνημαι τούτου, memini huius. λανθάνομαι τούτου, obliuiscor huius.

Partis

Partis & prohibendi, πίνω τοῦ ὕδατος, bibo de aqua. Sic κωλύω prohibeo. Partis Prohibendi

Species temporis effertur casu genitiuo. ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς ἐργάζεται, noctu diuq; operatur. 2. Regula.

Frequenter exigunt genitiuum uerba ἐλλειπτικὰ, deficiente ἕνεκα. εὐδαιμονίζω σε τῆς τύχης, id est ἕνεκα τῆς τύχης, beatum prędico te propter fortunam. 3. Regula.

Datiuus cum uerbo.

SEquendi uerba exigunt datiuum. ἀκολούθει μοι, sequere me. 1. Regula.

Aduersandi siue certandi, τοῖς θεοῖς μάχεσθαι, cum dijs pugnare. φιλονεικῶ σοι, contendo tecum. Sequendi Certandi

Verbo εἰμὶ habendi significatione utimur cum datiuo. οὐκ ἔστι μοι ἀργύριον, non est mihi pecunia. 2. Regula.

Datiuo efferuntur quæ causam, instrumentum, modum actionis, aut similem aliquam circunstantiam significant. Causam, φθόνῳ ταῦτα ποιεῖ, inuidia hæc facit. Instrumentum, πολεμίζειν γλώττῃ, bellare lingua. Modum actionis, τίνι τρόπῳ γράφεις; quomodo scribis? &c. 3. Regula.

Passiuorum casus datiuus frequens est. ut, πεποίηταί μοι, factus est mihi. pro ὑπ᾽ ἐμοῦ, à me. 4. Regula.

Verba composita nōnunquam habent datiuum, uel alium casum ui præpositionis, cum qua componuntur. ut, συμβουλεύω σοι, consulo tibi. & ἐμμένειν τῷ νόμῳ, seruare legem, &c. 5. Regula.

Accusatiuus cum uerbo.

QVodlibet uerbum admittit accusatiuum per synecdochen: aut si κατὰ, id est secundum, subintelligatur. ut, γέγραφε τὸ εἰρημένον τρόπον: pro, κατὰ τὸ εἰρημένον τρόπον, scripsit iuxta prædictum modum. &, ἀλγῶ τὴν κεφαλὴν, doleo caput, per synecdochen, sicut πλήττομαι τὸν πόδα, percutior pedem. 1. Regula.

Verba quæ pertinent ad corporalem affectionem, datiuum exigūt. ut, γυμνάζω exerceo, κινῶ moueo, νίπτω lauo, πλήττω percutio, φθείρω corrumpo, λύω soluo, δεσμῶ ligo, βρέχω irrigo, βιάζομαι compello, τρίβω tero, κρατῶ teneo, κείρω tōdeo, θερίζω meto, καίω uro. 2. Regula.

Quæ pertinent ad animum & mores, φιλῶ amo, ἀγαπῶ diligo, στέργω amo, δικαιῶ iustè facio, ἀδικῶ offendo, βλάπτω lædo, ὠφελῶ psum, ὑβρίζω uitupero, ἀνιῶ discrucior, λοιδορῶ cōuicior. 3. Regula

Laudandi Item laudandi, ἐπαινῶ laudo, ἐγκωμιάζω decanto, ὑμνῶ cano, ᾄδω idem, εὐλογῶ benedico.

Adorandi Venerandi Adorandi, seu uenerandi, τιμῶ honoro, σέβω colo, πρεσβεύω intercedo, προσκυνῶ adoro, κολακεύω adulor, αἰδοῦμαι reuereor, θωπεύω assentior, αἰσχύνομαι uereor.

Suspicandi Opinandi Cognoscendi Eligendi Inquirendi Obtinendi Suspicandi, opinandi, & cognoscendi, νοῶ intelligo, κρίνω iudico, οἶδα noui, οἴομαι puto, ὑφορῶμαι suspicor.

Eligendi, βούλομαι uolo, προαιροῦμαι eligo, ἐθέλω uolo.

Inquirendi, ἐξετάζω indago, ἀνακρίνω inquiro, ἐρωτῶ interrogo, ἐρευνῶ inuestigo, εὑρίσκω inuenio.

Obtinendi, ἔχω habeo, φυλάσσω seruo, ἀναγκάζω cogo, εἴργω prohibeo, ἐλαύνω propello, νικῶ uinco.

Hortandi Hortandi, παρακαλῶ adhortor, ἐρεθίζω prouoco, προτρέπω admoneo, παρορμῶ promoueo, παροξύνω extimulo.

Vocandi Vocandi, φωνῶ uoco, ὀνομάζω nomino, καλῶ uoco.

Artificij Quæ ad artificium pertinēt, οἰκοδομῶ ędifico, σκυτοτομῶ paro coria, ἰατρεύω curo.

Decipiendi Decipiendi, seu deludendi, πλανῶ seduco, ἐξαπατῶ decipio, φενακίζω fucum facio, κλέπτω furor, παραλογίζομαι rationibus decipio.

Docendi Afficiendi Docendi, & afficiendi, παιδεύω, σωφρονίζω castigo, πείθω suadeo, διδάσκω doceo, ψύχω refrigero, θερμαίνω calefacio, διατίθημι dispono.

Miserendi Verba funebria, seu miserendi, ὀδύρομαι lugeo, κλαίω ploro, θρηνῶ lamentor, οἰκτίζω defleo, ἐλεῶ misereor.

Precandi Precandi, uel supplicandi, ἀντιβολῶ supplico, ἱκετεύω obsecro, ἐκλιπαρῶ supplico, λιτανεύω rogo, ἐρωτῶ idem, γονοῦμαι genibus aduoluor, supplico.

Contractus Contractuum, πωλῶ uendo, ἀγοράζω emo, συμβάλλω confero.

Naturæ Naturalia, γεννῶ gigno, φύω produco, αὔξω augeo.

4. Regula Pasiua porrò recipiunt ad se eum acusatiuum, quem habet uerbum actiuum post datiuum acquisitiuum. ut, ἐπιτρέπεις ἐμοὶ τὴν δίαιταν defers mihi iudicium. pasiuè dicitur, ἐγὼ ἐπιτρέπομαι τὴν δίαιταν, ego deferor iudiciū, iudiciū defertur ad me.

5. Regula. Spacium temporis ponitur in accusatiuo. ut, ὅλην τὴν ἡμέραν εἰργασάμην totam diem sum operatus.

Appendix. In summa tam intransitiua, quàm transitiua uerba admittunt apud

apud Græcos accusatiuum aliquem significantem actionem. ut, πάντα διηπατημένοι, per omnia decepti.

VERBA, QVAE CVM DIVERSIS CONSTRVVNtur casibus.

Cum genitiuo & datiuo.

ANάσσω Τενέδου, uel ἀνάσσω Τενέδῳ, imperium habeo in Tenedum.
ἀφίσταμαι τούτου σοι, concedo hoc tibi.
κοινωνῶ χρημάτων, uel χρήμασι, impertior pecuniam.
πείθομαί σοι, uel πείθομαί σου, confido tibi.
πλεονεκτῶ τῶν ἄλλων ἐλπίδι, habeo maiorem spem alijs.
κοινωνῶ σοι τῶν ἀγαθῶν, communico tecum bona.
μέμφομαί σοι τῆς ἀχαριστίας, reprehendo te ꝑpter ingratitudinē.
συγγινώσκω σοι τῆς ἀναισθησίας, ignosco tibi ignorantiam.

Genitiuo & accusatiuo.

AKούω μύθων, uel ἀκούω μύθους, audio uerba.
ἀλλάττω χρυσέων χάλκεα, muto aurum ære.
ἀποδέχομαί σου τὴν σπουδήν. &,
ἀποδέχομαί σε τῆς σπουδῆς, commendo te propter diligentiam.
ἀπογινώσκω σε τοῦ ἐγκλήματος, absoluo te à crimine.
ἀπολύω σε αἰτίας, absoluo te à crimine.
ἀποδιαιτῶ σου τὴν δίκην, liberum te iudico ab hac lite.
ἀπολαύω ἀγαθῶν, uel ἀπολαύω ἀγαθά, fruor bonis.
ἀξιῶ σε τῆς δόξης, dignum te iudico gloria.
ἀφαιρέω σου ἱμάτιον. &,
ἀφαιρέω σε ἱματίου, spolio te uestimento.
ἀφαιρέομαί τινος, priuo aliquem re nondum possessa. &,
ἀφαιρέομαί τινα, priuo aliquem re iam possessa.
ἄρχομαι λόγου, uel ἄρχομαι λόγον, incipio orationem.
αἰτιῶμαί σε τῆς διαβολῆς, obijcio tibi calumniam, crimen.
ἀποστερῶ σε ἐνδυμάτων, priuo te indumentis.
βλάπτω τῆς γῆς, uel βλάπτω τὴν γῆν, noceo terræ.
δέομαί σου τὰ δίκαια, peto abs te æqua.
διώκω σε κλοπῆς, accuso te furti.
ἐκδικῶ σοί, ulciscor iniuriam tibi illatam. &,
ἐκδικῶ σέ, ulciscor te, id est facinus tuum.
ἐκβάλλω σε τιμῆς, spolio te honore.

ἐξάρχω δόγματος, uel ἐξάρχω δόγματα, autor sum opinionis.
ἐπιλανθάνομαι φίλου, uel φίλον, obliuiscor amici, uel amicum.
εὐδαιμονίζω σε τῆς τύχης, iudico te fœlicem fortunæ.
κυριεύω σου, dominor tibi. &
κυριεύω σε, dominum te facio.
κληρονομῶ οὐσίας, uel κληρονομῶ οὐσίαν, hæres sum substantiæ.
κελεύω σου, uel κελεύω σε, iubeo te.
κατανοῶ γλώσσης, uel γλῶσσαν, intelligo linguam.
καταγινώσκω σου τὴν ῥαθυμίαν. &
καταγινώσκω σε τῆς ῥαθυμίας, arguo te ignauiæ.
κατηγορῶ αὐτοῦ κλοπήν, illum furti astringo.
κρεμῶ σε τοῦ ποδὸς, suspendo te pede.
μετέχω μέρους, uel μετέχω μέρος, habeo partem.
μακαρίζω σε τῆς θέας, uel
μακαρίζω σου τὴν θέαν, beatum te duco quòd uideris.
νέμομαι τῆς πόλεως, partem urbis habito.
νέμομαι τὴν πόλιν, totam habito urbem.
ὄζω τῶν μύρων, uel ὄζω τὰ μύρα, oleo unguenta.
προσκαλοῦμαι σε ὕβρεως, aduoco te propter iniuriam.
ὑπερέχω ἀνθρώπων, & ἀνθρώπους, supero homines.
χαρίζομαί σοι τοῦτο, dono te hoc.
ζηλῶ σε τῆς εὐβουλίας ardenter te amo propter bonum consiliũ.

Datiuo & accusatiuo.

Αγαπῶ σοι, diligo te. &
ἀγαπῶ τοῦτο, contentus sum hoc.
ἀμφισβητῶ σοι ταῦτα, contendo tecum de his rebus.
βοηθῶ σοι τὸ πρᾶγμα, adiuuo te in hac re.
δωροῦμαί σε βίβλῳ, dono te libro, & δωροῦμαί σοι βίβλον, dono tibi librum.
διδάσκω σε τύχῃ ἀγαθῇ, fœliciter te instruo.
εὐχαριστῶ θεῷ, & εὐχαριστῶ θεόν, gratias ago Deo.
ἐμπαροινῶ ἐχθρῷ, & ἐχθρόν, hostem afficio probro & iniuria.
ἐπέχω τούτῳ τὴν γνώμην, applico ad hoc sententiam.
μέμφομαί σοι, uel μέμφομαί σε, irascor tibi.
πάσχω κακοῖς, & πάσχω κακά, patior grauia.
περιβάλλω τείχεσι, & περιβάλλω τεῖχος, cingere mœnia.
πείθω σοι τὰ βέλτιστα, suadeo tibi optima.

ποιοῦμαί σοι ὀργὴν, irascor tibi, ingratus sum tibi, quod etiam ποιοῦμαί σε ἐν ὀργῇ dicitur.

συμπαραφέρω αὐτῷ, uel αὐτὸν τὸν νόμον, confero legem cum illo.

συναίρομαί σοι τὴν δυστυχίαν, subleuo tibi infortunium.

συνειδέναι ἑαυτῷ ἄγνοιαν, conscium esse sibijpsi ignorantiæ.

προβάλλω θηρίον παλτῷ, peto bestiam iaculo.

φιλῶ σε ὅλῃ τῇ ψυχῇ, amo te toto animo.

φθονῶ σοι τὴν εὐδαιμονίαν, inuideo tibi fœlicitatem.

χρῶμαι τοῖς ἀγαθοῖς, & χρῶμαι τὰ ἀγαθὰ, utor bonis.

χαρίζομαί σοι τοῦτο, dono tibi hoc. &,

χαρίζομαί σε τούτῳ, dono te hoc.

χαίρω τούτοις, uel χαίρω ταῦτα, gaudeo his, quamadmodum ἥδομαι lætor, & ἄχθομαι τούτοις uel ταῦτα, doleo his uel hæc.

Gemino accusatiuo.

Αἰτιῶμαί σε τοιαῦτα, obijcio contra te talia.

αἰσχύνομαι τοῦτον τὴν μετάθεσιν, facio ut hunc pudeat mutatum uidere.

Omnes præpositiones compositæ cùm uerbis propriam suam retinentes significationem, exigunt suum casum, quem extra compositionem habent. ut, κατηγορῶ σου, accuso te, cum genitiuo. quia & κατὰ σοῦ, aduersum te dicitur. ἀφίσταμαί σου, deficio abs te. nam ἀπὸ σοῦ abs te, quoque genitiuum regit ἀπό. ὑπερέχω σου, supero te, quia ὑπὲρ σοῦ, super te, dicimus. & παραινῶ σοι, admoneo te, quod & παρὰ σοί, apud te, dicatur.

At hoc in possessiuis & acquisitiuis non fit. ut: ἐμφοροῦμαι satior, ἐντρυφῶ delicior, & παραπολαύω σου, fruor te. & προστίθημί σοι, impono tibi.

Obseruatio.

Præpositiones dissyllabæ inter adiectiuum & substantiuũ positę, aut etiam suis casibus postpositæ, elegantem efficiunt orationem. ut, ἡμετέρῳ ἐν οἴκῳ, nostra in domo. &, εἰρήνης πέρι, de pace. Sed notandum est, quòd tonum tunc ex ultima retrahunt in penultimam omnes prępositiones, præter διὰ & ἀνὰ, quæ seruãt tonum acutum, ne coincidant cum δία Iouem, ἄνα ὁ rex, à ζεύς & ἄναξ. ut: ποταμοῦ ἄπο σελλήεντος, fluuio à Selleente. ἀγαμέμνονος πέρι, καὶ ἀχιλλέως, Agamemnone de, atque Achille. ᾧ ἔπι πόλλ' ἐμόγησα, quo in multum laboraui. Nota secũdò quod præpositiones passæ uocalis ultimæ elisionẽ, nõ retorquent accentũ suũ, ut: τοῦτο παρ' ἔλαβον, hoc ab accepi. Itẽ si inter prępositionẽ

& uer-

& uerbum, uel nomen ad quod pertinet præpositio, alia oratio nis pars intercedat, nō reflectetur tonus præpositionis in penultimam. ut, τὸν δ' ὑπὸ τυδείδης ὦρτο, hunc autem Tydides inuasit, ubi post τῷ interponitur δὲ coniunctio.

Appendix.

Postponuntur aliquando suo casui & monosyllabæ propositiones. ut, κακὸς ἄλλη, κακῶν ἔξ, malus uidetur, malis ex. Item, ἦλθε ἀργυρότοξος ἀρτέμιδι ξὺν, uenit Apollo Diana cum. &, καὶ μικρόν τι πρὸς, & parum quippiam ad, pro ad parum quippiam, &c.

ADVERBIORVM CONSTRVCTIO.

Aduerbia quæ genitiuum regunt, sunt

Aut loci, ἔξω τῆς χώρας, extra regionem. μέχρι δεῦρο τοῦ λόγου, hucusque sermonis. ποῦ γῆς, ubi terræ. ἄλλοθι τῆς οἰκίας, alibi domus, &c.

Aut temporis, πότε τοῦ χρόνου, quo tēpore. μέχρι τῆς ἑσπέρας, usque ad uesperum.

Aut numeri, ἅπαξ ἢ δὶς τῆς ἡμέρας, semel aut bis in die, &c.

Aut separandi, χωρὶς τῶν ἄλλων, absque alijs. ἄνευ τούτου, sine hoc.

Aut celandi, λάθρα τῶν ἄλλων, clàm alijs, &c.

Aut ordinis, ἐφεξῆς τοῦ ἑνός, post unum. ἡ δευτέρα τῆς νουμηνίας, secunda nouilunij.

Aut comparationis, μάλιστα πάντων, maximè omnium, &c.

Aut indignationis, φεῦ κακῶν, heu mala. Sic & exclamationes hæ, ὢ βαβαί, ἡράκλεις, οἴμοι κακοδαίμων uel κακοδαίμονος, hei infelix ego.

Aut admirandi, ὢ θαύματος, ô rei miraculum: quæ & nominatiuum habent, ὢ λόγος, ô sermo. & uocatiuū, ὦ ἄπολλον, ô Apollo, cum quo uocatiuo ὦ circumflectitur, cum reliquis uerò acuitur. Genitiuū recipiunt & ἅλις satis, ἕνεκα causa, propter. χάριν gratia, δίκην instar, πλὴν præter, μεταξὺ interea, παρέργον obiter, ἰθὺ rectà, πόῤῥω procul, ἄπο delonge, πόθεν unde.

Datiuum

Postulant aduerbia congregandi, seu colligendi, ἅμα τοῖς ἄλλοις, unà cum alijs. ὁμοῦ τοῖς ἄλλοις, simul cum alijs.

Accusatiuum

Iurandi, νὴ δία οὐκ εἶπον, ita per Iouem non dixi. & μὰ δία οὐκ εἶπον,

που,non per Iouem non dixi.Nam νὴ affirmat,μὴ uerò negat.

Appendix.

Deriuatiua ſuorum primitiuorum conſtructionem imitan-tantur.ut,ἀξίως λόγου,dignè ratione,quia ἄξιος λόγου,dignus ratione,quoꝗ dicitur.ὁμοίως τοῖς ἄλλοις,ſimiliter aliis:ſicut ὅμοιος τοῖς ἄλλοις ſimilis aliis,dicimus.

Aduerbia quomodo componantur cum uerbis.

Ἄρτι,nunc,nuper, omnibus temporibus adiungitur præter futurum.ἄρτι ποιῶ iam facio.

Αὖθις,rurſum,cum futuro ſolo ponitur. αὖθις διδάξω,rurſus docebo,uel doceo.

Αὐτίκα,ſtatim,omnibus temporibus,excepto futuro.αὐτίκα λέγω,ſtatim dico,uel dicam.

Ἕως,& ἕως ἄν,quamdiu,donec,poſtulat indicatiuum,coniunctiuum,optatiuum,& infinitiuũ.ut,ἕως ἔζη, quamdiu uiuebat. ἕως παρατείνεσθαι,donec porrigam,uel ἕως ἂν παρατείνεσθαι.

Εἴθε & αἴθε utinam,indicatiuo,& optatiuo. εἴθε ἔγραψεν, utinã ſcripſiſſet.

Ἤδη,iam,imperfecto, indefinito, & pluſquamperfecto additur.ἤδη ἔγραφον, nunc ſcribebam.

Μέχρι & ἄχρι uſque ad, indicatiuo, ac infinitiuo,μέχρι τοῦ ἐρυθριᾶν, uſquequo erubeſcerem. Item, omnibus orationis partibus apponuntur.μέχρι τοῦδε,hactenus. μέχρι πρὸς,uſꝗ ad.μέχρι πόῤῥω,diu,&c.

Νῦν, nunc, omuibus gaudet temporibus, præter pluſquam perfectum. Et non inchoat orationem, ſed ſemper ſubiungitur δὲ coniunctioni. ᾤμην ταῦτ᾽ ἐκεῖνον ἐρεῖν, νῦν δὲ οὐδὲν τούτων εἴρηκε: putabam hæc illum dicturum,nunc autem nihil horum dixit.

Ὅτε cum,& τότε tunc,omnibus temporibus,dempto perfecto.ὅτε νοῶ,cum intelligo.

Ὁπόταν,quando,optatiuo.ὁπόταν λέγοιμι,cum dicerem.

Οὐδέποτε nunquam,ſolo preterito.τοῦτ᾽ οὐδέποτε ἐγένετο,hoc nunquam eſt factum.

Οὔπω,nondum,præſenti ac præterito.οὔπω διῆλθον,nondum tranſii.

Πάλαι,olim,& πρώην,paulo antè,præterito inſeruiunt.

Πρὶν prius,antea,præterito indicatiui,optatiui & cõiunctiui.

πρὶν

πρὶν εἰπεῖν,priuſquam dixit.& infinitiuo,πρὶν εἰπεῖν,uel πρὶν ἢ εἰπεῖν,priuſquam diceret,&c.

Σήμερον hodie,omnibus temporibus,dempto pluſquamperfecto ac futuro.

Ως & ὥστε.ut, infinitiuo gaudent,cum ſignificant ſimilitudinē.οὕτως ἀπαίδευτος,ὡς μηδὲν εἰδέναι:tam eſt ineruditus,ut nihil ſciat.τοιοῦτός ἐστιν,ὥστε θαυμάζειν.talis eſt,ut admireris.

De negatiuis.

Negationem Grçci plerunq; præponunt uerbo præcedenti,non illi à quo regitur.ut,οὔ φημί σε εἰδέναι,pro φημί σε οὐκ εἰδέναι,dico te non ſcire,&c.

Nota,quòd apud Græcos duæ negationes uehementius negant.ut,οὐ μὴ ποιήσω,nequaquam faciam. Sic Ioan. σ. ἡ σὰρξ οὐκ ὠφελεῖ οὐδέν,caro non prodeſt nihil quicquam.Vbi iſtę duę negationes,οὐκ & οὐδὲν tam uehementem negandi uim habent, ut uix rectè poſſint exprimi.eſt enim occulta uis quædam in οὐκ & οὐδὲν, uel οὐδὲ ἕν,(nam idem eſt) & plus multo negant, quàm ſi eſſent ſimplices οὐ,μή.abnegant enim & tollũt omne quod de ſubiecto poſſet affirmari,dum ſignificant,non,neq; unum quidem, uel nec quicquam prorſus.Chriſtus igitur non potuiſſet tam bene humanæ carnis inutilitatem ac deprauationem ſimplicibus negationibus demonſtrare,ac his duabus,quæ ab omni prorſus utilitate ac bonitate carnem noſtram eſſe alienam & expertem, declarant. Quapropter ſi theologi hodie propius ingenij aciem in hunc intenderent græciſmum,minimè tam impiè, tamq; blaſphemè ἀδολεσχοῦντες rixarentur de horum uerborum ſenſu.

Appendix.

Hæc aduerbia,τότε tum,τόφρα tamdiu,eouſq;,τηνίκα uel τηνικαῦτα & τηνίκα tunc,ἦμος tunc,τέως tamdiu,in oratione præcedunt:hæc uerò ſequuntur,ὅτε cum,ὄφρα quamdiu,quouſq;,ἡνίκα quando,ἦμος cum,ἕως donec.ut,τόφρα δ' ἐπὶ Τρώεσσι τίθει κράτος,ὄφρ' ἂν ἀχαιοὶ υἱὸν ἐμὸν τίσωσι:tamdiu autē corrobora Troianos,quamdiu Græci filium meum honorent. τίμωσι

CONIVNCTIONVM CONSTRVCTIO.

Orationem inchoant:

Ατὰρ,& αὐτὰρ,at, autem.ut, αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ

ἐξ ἔρον ἕντο. at ubi potus & cibi desiderium exemerunt, id est satiati sunt.

Ἠμὲν &, sequente ἠδὲ &. ut, ἠμὲν ὅσοι ναίουσιν οὐρανὸν, ἠδὲ ὅσοι κληρώσαντο χθόνα, & quicunque habitant cœlum, & quicunque sortiti sunt terram.

Ἤτοι, nempe. ut, ἤτοι ὅγ' ὣς εἰπὼν κατ' ἄρ' ἕζετο, nempe ille sic fatus consedit.

Dictionem incipiunt:

Τὲ & καὶ, &. ut, θεοί τε καὶ ἄνδρες, Diique & uiri.

Ἆρα, utrum, cum significat dubitationem. ut, ἆρά ποτε ἂν θέλῃ, utrum tandem uelit.

Ἀλλὰ sed, & ἀλλὰ μὴν atqui. ut, πᾶς ἄνθρωπος ζῶον, ἀλλὰ μὴν πᾶν ζῶον οὐσία, πᾶς ἄρα ἄνθρωπος οὐσία: Omnis homo animal, atqui omne animal substantia, omnis igitur homo substantia.

Orationem ac dictionem incohant.

Coniũctiones causales, dempta γὰρ enim. ut, ὅτι οὐδεὶς μισθὸς, quoniam nulla merces. &, σκοπεῖτε δὲ τοῦτο, ὅπως μὴ λόγους δροῦσιν, spectate autem hoc, ne uerba quidem faciant. & sic aliæ.

Cæteræ coniunctiones sunt subiunctiuæ.

Hæc de omnium coniunctionum dispositione: iam de propria quarundam.

Ἠμὲν in oratione præcedit, ἠδὲ uerò sequitur. exemplum habes suprà.

Ἤτοι uel, præcedit in oratione, ἢ uel, sequitur. ut, ἤτοι ἀγαθὸν, ἢ φαῦλον, uel bonum, uel malum.

Ἤπου uel, aut, pręcedit, cui ἢ postponitur in oratione. ut, εἰ ζῶον, οὐκοῦν ἤπου λογικὸν, ἢ μὴ, si animal est, igitur uel rationale, uel irrationale erit.

Μὲν quidem, præcedet: δὲ uerò, sequetur. ut, οὗτος μὲν λαλεῖ, ἐκεῖνος δὲ σιωπᾷ: hic quidem loquitur, ille uerò silet.

Μὲν quidem, præcedet quoque: si μέντοι uerò, illi respondeat, & subsequatur.

Καὶ &, postponitur oratione, cui τε que præcedit. ut, θεοί τε καὶ ἄνδρες, &c. Quod si orationem inchoet, tum aliud καὶ sequi oportet. ut, καὶ περιπατεῖ σωκράτης, καὶ διαλέγεται: & deambulat Socrates, & disputat.

Καὶ

ἐὰν & ἐπειδὰν subiunctiuo iunguntur. ἐὰν θέλῃς, si uelis. ἐπειδὰν ἴδωσι, cum uidissent.

Ἐπεὶ & ἐπειδὴ indicatiuo gaudent & infinitiuo. ἐπεὶ δὲ ὤφθη, postquam autem uisus est. ἐπειδὴ δὲ γενέσθαι, cum autem contigisset.

Ἄν, cum significat potentiam, omnibus gaudet temporibus, & modis, præter indicatiuum & imperatiuum. ut, οὐκ ἂν λέγοις, non dicere, uel non posses dicere, &c. Cum uerò accipitur indefinitè, plerunque ponitur cum subiunctiuo, rarò cum optatiuo. ut, ὅ,τι ἂν λέγῃς, quodcunque dicas. & δέον ἂν δεῖ εἰπεῖν, cum oporteret dicere.

Atque hæc quidem necessariò sint dicta de syntaxi: in qua qui desideret plura, uideat Gazam, Chalcondylen, Ammonium, Lascarem, &, qui seorsim scripsit libellum de syntaxi linguæ Græcæ diligentissimè, Varennium.

DE PROSODIA.

De accentibus seu tonis.

Accentus sunt tres, acutus, grauis, & circũflexus. de quorum signis atque definitionibus est suprà dictum. Accentus q[...] quot

Obseruatio.

Omnis dictio unum possidet ex tribus istis accentibus, & si sequatur enclitica, duos, si non sit monosyllaba, ut infrà paulo dicetur.

De locis singulorum accentuum.

Acutus habet tres locos, in quibus potest notari: ultimum, ut θεός Deus: penultimum, λόγος sermo: antepenultimum, τύπτομεν uerberamus. Acutus

Grauis est in omnibus syllabis, quæ non habent acutum, uel circumflexum. ut, ποιέομαι & ποιοῦμαι, omnes syllabæ habent grauem, præter ε in ποιέομαι, & ου in ποιοῦμαι. Subintelligitur autem semper hic tonus, nec usquam pingitur, nisi in ultima syllaba dictionis, quæ, ob cõsequentiam, uerborumque continuationem suscipit grauem uice acuti. ut, ἀγαθὸς ἀνὴρ bonus uir. ibi ὸς in ἀγαθὸς grauem habet propter sequentem uocem ἀνήρ. Sic πατὴρ ἡμῶν, pater noster, & similes his, quæ semper in contextu orationis grauem assumunt pro acuto. Quòd si uerò sequatur enclitica dictio, retinent suum acutum. ut, ἀγαθός ἐστιν Grauis Grauis quando scribatur

ἀνὴρ, bonus est uir: aut si ponantur solæ, extra orationis complexum, & in fine sententiæ alicuius, ibi nunquam acutum conuertunt in grauem. ut, ἀνήρ. &, ἀγαθός ἐστιν ἀνήρ, ubi ἡρ, in fine τοῦ ἀνήρ acuitur. Id quod fit quoque in τίς, quis, interrogatiuo, quod perpetuò, etiam in contextu sermonis, retinet acutū. ut, τίς ἀνήρ, quis uir?

Exceptio.

Circumflexus. Circumflexus occupat tantùm sedes duas: ultimā. ut, ποιῶ: penultimam, βοῶτου, δῆμος populus, &c. et nunquā peruenit ad antepenultimam, quæ propria est toni acuti. nam οἴκονδε, οἶκαδε domum, τοῖοσδε talis, & similia, simplicia uocabula non sunt, sed aliunde profecta, in quibus ultimæ syllabæ, sunt adiectiones tantum syllabicæ.

Nota accentum nomina in singulis locis.

θεός	dicitur	ὀξύτονον	id est	acutus in ultima
λόγος		παροξύτονον, & βαρύτονον		acutus in penultima
τύπτομεν		προπαροξύτονον, et βαρύτονον		acutus in antepenultima
ποιῶ		περισπώμενον		circumflexus in ultima
δῆμος		προπερισπώμενον et βαρύτονον		circumflexus in penultima.

Regulæ scribendorum accentuum.

1. Regula. Vltima existente longa, accentus non potest esse in antepenultima, sed retrocedit in penultimam. ut, ἄνθρωπος, ἀνθρώπου, non ἄνθρωπου. Excipe omnia Attica, in quibus semper in antepenultima est accentus, licet ultima sit longa. ut, μενέλεως, λέξεως, μενέλεων, λέξεων.

Exceptio.

2. Vltima si fuerit longa, penultima circumflexa uertitur in acutum. ut, δῆμος, τοῦ δήμου. ἱστῶτες, τῶν ἱστώτων.

3. Super syllabam breuem, aut positione longam, nunquam ponitur circumflexus, sed acutus succedit in uicem circumflexi. ut, ἡρακλῆς, τοῦ ἡρακλέος. ἄρχειν incipio. ἄρχε incipe, non ἆρχε, cum α sit breue.

4. Breuis ante finalem breuem, aut longa ante finalem lōgam, semper acuitur, nunquam uerò circumflectitur. ut, λόγος, ἥρως heros.

5. Breuis ante finalem longam acuitur semper. ut, ἔρως amor. Penul-

Penultima longa naturâ, ante ultimam breuem, uel positio- 6.
ne longam, si tonum habet, semper circumflectitur. ut, δῆμος,
ἦλθον ueni, αὖλαξ sulcus. at ὧστε, ὥσπερ, ἅπερ, καίπερ & similia, ea
in penultima non habent circumflexum, sed acutum ex præce-
dentibus syllabicis dictionibus, à quibus sunt composita.

Vltima breui, si recipit tonum, semper acuitur, & in orati- 7.
onis contextu grauatur: idem fit, si est longa: quanquam ra-
rius, & præcipuè in nominatiuis. ut, ἀγαθὸς, ποιητὴς poeta, αἰ-
δὼς uerecundia, λητώ, &c.

Diphthongi αι & οι omnino finales, habẽtur pro breuibus: 8.
qua de causa recipiunt accentus eo modo quem in regulis præ-
dictis monstrauimus. ut: μοῦσαι, ἄνθρωποι, locantur accentus, si-
cut in breuibus naturâ, μοῦσα, & ἄνθρωπος.

Excipe οἴκοι domi, quod habet acutũ ad differẽtiam οἶκοι, do
mus, ædes, nominatiuus pluralis ab οἶκος. Item, optatiuos ποι-
ήσαι fecisset, ne concurrat cum indefinito primo infinitiuo
ποιῆσαι fecisse. at ποίησαι fac, imperatiuus indef. primi medij
fit iuxta regulam.

Contractio ex acuto & graui semper circumflectitur. ut, βο- 9.
άω, βοῶ: βοάεται, βοᾶται.

Excipe dualia in ω, quæ semper acuuntur, etiam post contra- Exceptio.
ctionem. ut, τὼ νόω, νὼ à νόος mens. & νῶϊ, νὼ, ab ἐγώ. Excipe se-
cundò casus contractos declinationis quartæ simplicium, τὼ
λητόα, λητώ: τὼ σαπφόα, σαπφώ, &c.

Ex contractione grauis & acuti, fit acutus, nũquam circum 10.
flexus. ut, ἑστεώς, ἑστώς, non ἑστῶς.

Monosyllaba ex contractione facta semper circumflectun 11.
tur. ut, παῖς puer à πάϊς, νοῦς à νόος, κῆρ à κέαρ, κρῆς caro à κρέας; &c.

Syllaba q̃ nõ cadit in contractionẽ, seruat tonũ eodẽ in loco, 12.
in q̃ ante contractionẽ fuit. ut, δημοσθένεος, δημοσθένους. ποίεε, ποίει.

Excipe χρύσεος, quod facit χρυσοῦς: & ἀργύρεος, ἀργυροῦς: χάλ- Exceptio.
κεος, χαλκοῦς. in quibus contra regulam accentus retrocedit post
cõtractionem ex antepenultima in ultimã, & fit circumflexus.

Si ultima uocalis tono acuto signata in nominibus aufera- 13.
tur per apostrophum, transferetur acutus ad syllabam præce-
dentem. ut, δεινά, δεῖν' ἔπη πέλει, grauia uerba sunt, acutus in
ά secedit in εί, & δεῖν' pro δεινά dicitur. In alijs orationis partibus

ſemper abijcitur tonus cum ipſa uocali ſeu diphthongo. ut, κατὰ, κατ᾽ ἐμοῦ contra me.

14. Omnis diphthōgus ex υ unde finalis circumflectitur, ſi ſuſcipiat tonum. ut, εὖ, φεῦ, οὐδαμοῦ, ἐμοῦ, ὁμοῦ, &c.

Exceptio. Excipe ἰδοὺ ecce, & ἰοὺ heu. nam ἰδοῦ uide, imperatiuus eſt, ab εἴδω uideo: & ἰοῦ genitiuus ab ἰὸς uenenum.

15. In prima, ſecunda, & tertia declinatione ſimplici genitiui ac datiui omnium numerorum circumflectuntur, ſi nominatiuus fuerit oxytonus, reliqui uerò caſus acuuntur. ut, ὁ ποιητὴς, τοῦ ποιητοῦ, τῷ ποιητῇ, τὸν ποιητὴν, &c. Sic τιμὴ, τῆς τιμῆς, τῇ τιμῇ: & ὁ θεὸς, τοῦ θεοῦ, τῷ θεῷ, &c.

16. Primæ & ſecundæ declinationis ſimplicis genitiuus pluralis ſemper ultimam circumflectit, ubicunque ſit accentus in nominatiuo. ut, ὁ αἰνείας, τῶν αἰνειῶν: ἡ μοῦσα, τῶν μουσῶν: ἡ τύπτουσα, τῶν τυπτουσῶν, &c.

Exceptio. Excipe adiectiua fœminina facta à maſculinis tertiæ declinationis, nō quintę. ut, ὁ ἅγιος, ſanctus, à quo ἡ ἁγία ſancta, quod in genitiuo ſimilem cum maſculino ſuo retinet accentum, nempe τῶν ἁγίων, in penultima, non ultima.

17. Monoſyllaba quintæ declinationis in genitiuo ac datiuo ſortiuntur accentum in ultima per omnes numeros: at in nominatiuo, accuſatiuo & uocatiuo in penultima. ut, ἡ χεὶρ manus, τῆς χειρὸς, τῇ χειρὶ, τὴν χεῖρα. Dual. τὼ χεῖρε, ταῖν χεροῖν. Plur. αἱ & ὦ χεῖρες, τῶν χειρῶν, ταῖς χερσὶ, τὰς χεῖρας. Sic παῖς, τοῦ παιδὸς. εἷς, υἱός. πᾶς, παντὸς, &c.

Exceptio. Excipe participia monoſyllaba, θεὶς, θέντος, θέντι, θέντα. ὤν, ὄντος, &c. Item hos decē genitiuos, qui, cum deberent circumflecti, habent acutum in penultima, πάντων & πᾶσι, in datiuo, τρώων Troum, δμώων famulorum, παίδων puerorum, φώτων uirorum, θώων Thoum, λάων lapidum, κράτων capitum, δάδων tædarum, φώδων poſtularum.

Singularia ſunt, ἡ μία una, τῆς μιᾶς, τῇ μιᾷ, τὴν μίαν & ſic compoſitum eius μηδεμία, οὐδεμία nulla, τῆς οὐδεμιᾶς, &c.

18. Nomina in ηρ quorum uocatiuus eſt ερ, tonum reijciunt in primā ſyllabam. ut, ἡ θυγάτηρ, ὦ θύγατερ. ὁ σωτὴρ, ὦ σῶτερ, &c.

19. Propria in ης faciunt uocatiuum in ες παροξύτονον. ut, ὁ δημοσθένης, ὦ δημόσθενες. ὁ ἡρακλῆς, ὦ ἡράκλεες & ὦ ἡράκλες.

Com-

Composita in ων, quæ uocatiuum in ον formant, retrahunt accentum in ante penultimam. ut, ὁ εὐδαίμων fœlix, ὦ εὔδαιμον. ὁ ἀγαμέμνων, ὦ ἀγάμεμνον, &c. Excipe λακεδαίμων, ὦ λακεδαῖμον, & ὁ παλαίμων, ὦ παλαῖμον. Item à φρὴν mens composita, ὦ δαίφρον, ὁ prudens, ὦ πρίφρον caste, à δαίφρων, & περίφρων. 20.

Exceptio

Cæterùm ὦ δέσποτα ô domine, μητίετα consiliarie, ἀκάκητα simplex, εὐρύοπα lateuidens, irregulares sunt uocatiui declinationis primæ, à δεσπότης, μητιέτης, ἀκακήτης, & εὐρυόπης.

Obseruationes.

Irregularia sunt & ἡ μήτηρ, τῆς μητρὸς, non μήτερος: & ἡ θυγάτηρ, τῆς θυγατέρος, non θυγάτρος.

Extra prædictas has regulas tonus ipsorum casuum in nominibus, & personarum in uerbis semper eodem manet in loco. ut, ὁ λόγος, τοῦ λόγου, τῷ λόγῳ, τὸν λόγον, &c. Sic τύπτω, τύπτεις, τύπτει. Quando igitur mutetur tonus in nominibus, ac partim alijs orationis partibus, dictum iam est: in uerbis autem ac participijs quæ sit mutatio accentus, facilius deprehendes ex uerborum τύπτω, ποιῶ & τίθημι coniugatione, quàm regulis. 21.

Particulæ α, δυ, δυς & ἐν præpositio, retrahunt accentum in compositione. ut, πεπαιδευτὸς doctus, ἀπαίδευτος indoctus. sic ἑκὼν uoluntarius, ἀέκων, & per synæresin ἄκων, inuitus. ἴσος æqualis, ἄνισος inæqualis. ubi nota quòd α adsciscat ν si componatur cum dictionibus à uocali incipientibus, ut hic: ἴσος, non ἄϊσος, sed ἄνισος: dempto tamen ἀέκων, alijsque paucis. τακτὸς constitutus, εὔτακτος bene constitutus. κινητὸς mobilis, δυσκίνητος motu difficilis. μέτρον mensura, ἔμμετρον mensuratum. 22.

Notio de α

Verbalia in τος oxytona, si componantur cum ea uoce, cum qua uerbum componi non potest, retrahunt tonum in antepenultimã. ut, πληκτὸς percussus, σεληνόπληκτος lunaticus. σπαρτὸς satus, ἄσπαρτος non satus. 23.

Nomina trochaica, hoc est, πρὸ παροξυνόμενα, in compositione traducunt accentum in antepenultimam. δοῦλος seruus, εὔδουλος bonus seruus. ὥρα tempus. πρόωρος immaturus, præcox. 24.

Composita nomina cum uerbalibus, quæ descendunt à præterito medio uerbi κτείνω occido, & τρέφω nutrio, penultimam acuunt, si capiantur actiuè: antepenultimam uerò, si passiuè significent. ut: ξιφοκτόνος qui ense occidit, λυκοκτόνος qui lupum occidit, τυραννοκτόνος qui tyrãnum occidit, λαοτρόφος qui po- 25.

 pulum

pulum nutrit. Sed passiuè ξιφόκτονος ense occisus, λυκόκτονος à lupo occisus, τυραννόκτονος à tyranno occisus, λαότροφος à populo nutritus.

16. Nomina à præteritis medijs uerbi πολῶ uerto, λέγω dico, aut alius cuiusuis composita cum præpositione, acuunt antepenultimam. ut, πρόπολος famulus, ἀμφίπολος minister, πρόλογος, ἐπίλογος, ἐπίπλοος adnauigatio, &c.

Idem fit, si iungantur cum α, ἀν & δυς. ut, ἄλογος irrationalis, εὔλογος rationalis. δύσφορος molestus, &c.

Quòd si uerò cum alia componantur orationis parte, acuetur penultima. ut, ὀνειροπόλος somniorum interpres, θυηπόλος sacerdos, ἀστρολόγος, ἀστρονόμος, ἀστροφόρος stellifer, δημοβόρος epitheton significans uoratorem populi, παμφάγος uorax, & cætera.

17. Cætera, quæ non cum uerbis hisce, sed nominibus componuntur, in antepenultima suscipiunt acutum. ut, πάμφιλος, πάνοπτος omnibus conspicuus, μισόδημος, hostis plebis, &c.

18. Verba dissyllaba & τὰ περισπώμενα non transferunt accentum in compositione, sicut nomina. ut, ἔχω habeo, εἶχον habebã, κατεῖχον obtinebam, non κάτειχον. Sic ἧκα, ἀφῆκα dimisi. ἧμαι, ἀφῆμαι dimissus sum. ἧκα, συνῆκα simul misi.

Exceptio. Excipiuntur οἶδα noui, quod habet σύνοιδα cognoui. οἶσθα sciuisti, σύνοισθα cognosti. κεῖμαι iaceo, πρόκειμαι propè iaceo: cuius tamen infinitiuus est προκεῖσθαι, non πρόκεισθαι.

19. Monosyllaba post apocopen acuuntur. ut, χρῆμα, χρή oportet: post aphæresim autem circumflectũtur. ut, ἐχρῆν oportebat, χρῆν idem. At breuia monosyllaba post aphęresim acuũtur. ut, ἔβαν, βάν papæ.

20. Hæc omnino non habent accentum, ὁ, ἡ, αἱ, εἰς, ἐς, ἐκ, ἐξ, ὡς, οὐ, οὐκ.

DE DICTIONIBVS ENCLITICIS.

HActenus diximus de ijs quæ unum tantum recipiunt accentum, item quæ nullum. iam quæ duos sortiuntur, uideamus.

Omnis dictio unũ naturâ tãtum possidet accentum: sequente uerò enclitica, adsciscit & alterum in fine. ut: ἄνθρωπός τις, homo quidam.

Nota

Nota differentiam inter inclinatiuam siue encliticam & synencliticam dictionem.

Inclinatiua igitur dictio, quam Græci appellant ἐγκλιτικὴν, est, quæ præcedentis dictionis ultimam syllabam acuit suo tono. ut, ἦλθέ τις, uenit quis.

Synencliticæ dictiones sunt, cum plures concurrunt encliticæ. ut, ἄνθρωπός τίς ποτέ.

QVANDO DICTIONES DVOS SVSCIPIANT TONOS, ET QVANDO NON.

Omnes dictiones encliticæ proprium suum tonum uel

- *Reijciunt in ultimam syllabam præcedẽtis dictionis quæ fuerit uel*
  - *παροξύτονον trochaicum, hoc est, quæ primam longam, alteram breuem habet. ut,*
    - *φύλλά τε, foliaq;*
    - *λάμπέ τε, splendeq;*
    - *ἄνδρά μοι, uirum mihi.*
  - *προπαροξύτονον ut,*
    - *ἄνθρωπός τις, homo quidam*
    - *ἤκουσά τινος, audiui aliquem.*
  - *προπερισπώμενον. ut,*
    - *ἦλθέ τις, uenit quis*
    - *σκῶλόν τε, impedimentumq;.*
- *Amittunt omnino, si præcedens dictio fuerit uel*
  - *ὀξύτονον, quæ in orationis contextu grauatur in ultima: sequente uerò enclitica, semper acuitur. ut, σοφός τις, sapiens quis.*
  - *παροξύτονον, quæ constet, uel ex* Spondeo, – –; Iambo, ∪ –; Pyrrichio, ∪ ∪ *ut*
    - *ἀτρείδης τε*
    - *ἄναξ τε, rexq;*
    - *πάρος γε antea sane. λόγος τε.*
  - *περισπώμενον. ut,*
    - *φῶς τε, luxq;*
    - *οὗ τινος, cuius.*
- *Seruant, si sequantur ijs nominibus, quæ in superiores regulas non cadunt. ut, ἀνθρώπου τινός, hominis cuiusdam.*

Synencliticæ dictiones, id est duæ uel plures encliticæ concurrentes, non reijciunt omnes suum tonum in unam eandemq; dictionis eas præcedentis syllabam: sed prior tantum, (si præcedens dictio apta sit inclinationi) in quam deinde retrocedit posterioris & propioris encliticæ tonus: & in hanc rursus, si sint plures, postremæ. ut, ἄνθρωπός τίς ποτε, uir quispiam. σοφός τέ τίς ἐστι, sapiensq; aliquis est, ἀνθρώπου τινός ἐστιν, hominis cuiusdam est.

Encliticæ autem, quæ tonum suum uel transferunt, uel amittunt, uel denique seruant. iuxta præceptum superius, hæ sunt:

Ex nominibus est una, nempe τὶς aliquis & τὶ aliquid, cum omnib. suis casibus, τινός, τινί, τινά, τινὲ, τινοῖν, &c. Et quod huic æquipollet τοῦ & τῷ pro τινός: & τῷ pro τινί. ὅτε τῳ ἄλλῳ neq; cuiquam alij. At τίς, quis, & τί quid interrogatiuum, acuit ubiq;, nec est enclitica.

Ex uerbis sunt εἰμί, & φημί cum omnibus personis præsentis temporis.

Ex pronominibus semper inclinant μου, μοῦ mei, μοι, με, τοι tibi, σφῶν illis, illos, illas, μιν ipsum, & ipsam, σφε, σφωε ipsos. at ἐμοῦ, ἐμοῦ, ἐμοί, & ἐμέ non inclinant. Hęc autem σου, σοῦ tui, σεο tui, σε, ἑο sui, ἑυ sui, οἱ illi, ἑ, ἕθεν sui, σφᾶς illos, illas, illis, σφω se, σφῶι, σφέας ipsos, enclitica sunt, si adijciantur uel abusiuè, uel non ad aliam per appositionem referantur personam certam. ut, ἤκουσά σου. audiui te, simpliciter dicitur, & quasi indefinitè, alijs, respectu huius, non exclusis. Cum uerò demonstratiui, aut ἐμφατικῶς discretiuè ac specialiter ad aliam quampiam certam personam referuntur, non sunt enclitica, sed retinent suum tonum. ut, ἤκουσα σοῦ audiui te, non alium. ἤκουσα σοῦ τοῦ πέτρου, audiui te Petrum. ubi enclitica σου per appositionem nominis τοῦ πέτρου refertur ad Petrum.

σφῶ ἀ σὺ non inclinatur.

Ex aduerbijs πού alibi, πῃ alicubi, πω & πως aliquo modo, ποτε quandoque, ποθεν alicunde, ποθι alicubi, inclinatiua sunt. ut: οἶδά πως, noui quodammodo, &c. si indefinitè capiantur: at si interrogatiuè ponantur, minimè inclinant. ut: πῶς οἶδα, quomodo nosti, &c.

Item δὲ cum articulis iunctum per apostrophum. ut: ὅδ', ἥδ', τόδ' pro ὁ δὲ, ἡ δὲ, τὸ δὲ.

Ex

Ex coniunctionibus sunt copulatiuae κὶ, κῷ, τὲ: & impletiuae γὰρ, cum ponitur abusiuè, & non causaliter. ut, ἀλλὰ γὰρ ὅμως: sed tamen. ubi γὰρ abusiuum nihil significat, sed tantùm complet orationem. Causalis non inclinat: γε, νυ, νυν pro δὴ dum, sanè, πω, τοὶ, θὴν, & ῥα, ab ἄρα quod non inclinat.

De ἐστὶ uerbo.

Tertia persona ἐστὶ, tonū suū uel

- Reijcit in
  - Praecedentem dictionem. uel
    - προπαροξύτονον — ut ἄνθρωπός ἐστι
    - προπερισπώμενον — ut σπῶλόν ἐστι.
  - Suam primam syllabam, si uel
    - Incipit orationem, ut ἐστι πόλις, est ciuitas.
    - Subiungitur hisce particulis sex: τοῦτ', οὐκ, καὶ, ὡς, εἰ, ἀλλ' ἐστι — hoc, non, &, ut, si, sed est. at τοῦτο τὸ ἐστι: sicut ἀλλὰ, ἀλλ' ἐστι.
- Amittit prorsus, si praecedat dictio, uel
  - ὀξύτονον. ut, ἱκανός ἐστι.
  - περισπώμενον, ἑρμῆς ἐστι, Mercurius est.
- Seruat tonum in ultima, si postponatur dictioni, uel
  - παροξυτόνῳ, siue ea sit spondaeus, trochaeus, iambus, Pyrrichius — ut ἥρως, μάντις, γέλως, λόγος ἐστι.
  - προπερισπωμένῳ, in qua ultima positione est longa. ut, φοῖνιξ, κῆρυξ, δοῖδυξ ἐστι — phoenix, praeco, coclear est.

Quam accentus uarietatem habet ὅτι, eandē habent omnino condecliuæ, ἅμα, ἴσε & ἴσμεν. ut, ἄνθρωπος ἅμα, & ἅμα ἄνθρωπος, καὶ ἅμα, ἐρμῆς ἅμα, λόγος εἰμί, & sic in aliȷs uariat planè ut ὅτι.

DE TEMPORIBVS SEV QVANtitate syllabarum.

Accētus & quantitatis discrimen. Hactenus de accentu, iam de syllabarum quantitate, quæ non idem est cum accentu. accentus enim signatur pro ratione ultimę syllabę quātitatis, & modò ponit̄ in eadē ultima, modò in penultima, modò in antepenultima, quemadmodum ex præcedentib. fit manifestū: & non in ea semper notat̄ syllaba, quę lōga est uel natura, uel positione: sed in ea sæpe, quæ naturâ est breuis. ut: ἄνθρωπος, penultima est longa naturâ, nec tamen suscipit tonum: item τύψαντες, penultima positione lōga, nequaquam signatur accentu: contrà λόγος, breuis est penultima, quamuis acuatur. Quocirca non ea syllaba pro longa est habenda, quæ tono graui aut acuto reperitur signata.

Syllabarum igitur alia lōga, alia breuis, alia cōmunis dicit̄.

De longis.

Longæ syllabæ. Longarum alia est natura longa, alia positione.

Natura. Naturâ lōga est omnis syllaba, quæ habet η uel ω, uel diphthongū aliquā, uel deniq; uocalem communē, quæ naturâ erit producta. ut, ἥρως, ambæ syllabę sunt naturâ longæ: αὐλή, longæ sunt diphthōgis ambæ: καλός prima cōmunis lōga est natura.

Positione. Positione lōga est, quādo post uocalem breuē, uel ancipitē correptam sequunt̄ duę cōsonātes, uel una duplex. ut, ἔργον opus, λέξις dictio, ἄρτος panis, τύψω, penultimæ syllabæ in his omnibus sunt longę positione.

De breuibus.

Breuis. Breuis est semper, quæ constat ex uocali breui ε uel ο, aut cōmuni correpta. ut: λόγος, ambæ syllabę breues: λέγω, prior breuis: φιλία amicitia, antepenultima naturâ breuis.

De communibus.

Communis. Communis syllaba uel est natura communis, uel authoritate poetarum. Natura communis est, quę in una eademq; dictione potest nunc produci, nunc corripi pro arbitrio.

Natura communes syllabæ quæ sint.

1. Regula. Primùm, muta cum liquida præcedentem uocalē breuē facit

eit communem.ut:ὃς δ' ἂν ὑπερβάλλῃ πόσιος μέτρον, οὐκ ἔτ' ἐκεῖνος τῆς αὐτοῦ γλώσσης κρατερός, οὐδὲ νόου: Theognis. Muta cum liquida facit cōmunē syllabam.

Hoc est:

Qui transgressus fuerit potus mensuram, is non amplius
Suæ linguę compos erit, neq; mentis.

In hoc hexametro ε in μέτρον corripitur propter mutam cum liquida: alioqui sæpius producuntur apud Græcos uocales breues ante mutam cum liquida, quàm producantur. ut in hoc pentametro Solonis,

ἱμερτῆς σοφίης μέτρον ἐπιστάμενος. hoc est,

Desideratę sapientiæ modum sciens.

λμ, μν, κτ, μν, præcedentem uocalem naturâ breuē, reddunt cō munem. ut: Θήβης αἰγυπτίης ὅθι πλεῖστα δόμοις ἐνὶ κτήματα κεῖται. 2. Regula

Thebes Aegyptię ubi plurimæ in domibus opes deponunt.

Vbi υ naturâ breuis, in αἰγυπτίης, corripitur.

Vocales breues unde finales, semper fiunt cōmunes ante cō sonātes uel binas, uel duplices, ut in his Homericis est uidere: 3. Regula.

καί μιν φωνήσας ἔπεα πτερόεντα προσηύδα.

Et illam appellans, uerba breuia est locutus.

τὸν δ' αὖτε προσέειπε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη.

Hunc contrà est affata dea horribilis aspectu Minerua.

ἀλλ' ἄγε λῆγ' ἔριδος, μηδὲ ξίφος ἕλκεο χειρί.

Sed age desine rixari, nec extrahe gladium manu.

μάντι κακῶν, οὐ πώποτέ μοι τὸ κρήγυον εἶπας,

Vates malorum, nunquam mihi gratum dixisti.

Κίλλαν τε ζαθέην, Τενέδοιό τε ἶφι ἀνάσσεις.

Cillamq; diuam, Tenedumq; fortiter gubernas:

τε ante ζ in ζαθέην producitur, & sic alia infinita reperies.

Vocalis siue longa, siue breuis ante aliam uocalem, uel diph thongum, item diphthongus ante diphthongū siue uocalē sem per fit communis: idq; nō modò in una, eademq; dictione, sed etiā in diuersis, hoc est, duabus: ubi tum finalis, aut uocalis, aut diphthōgus semper reddit cōmunis propter initialē sequētis dictionis uocalē, seu diphthongū, ut in hisce patebit exēplis. 4. Regula

Bion:

ψυχαὶ δ' ἄχρι τίνος ποτὶ κέρδεα καὶ ποτὶ τέχνας
βάλλομες ἱμείροντες ἀεὶ πολὺ πλεῖον ὄλβω.

Animo uerò usquò in lucra, & in imposturas
Incumbemus cupidi horum, magis quàm beatitudinis?
Vbi ι producitur in πλίον.
Idem:
Ἔρχομαι, οὐδ᾽ ἵνα νυκτὸς ὁδοιπορέοντ᾽ ἐνοχλέω.
Venio non ut noctu iter facientem perturbem.
Hic αι corripitur in ἔρχομαι, & ε in ἐνοχλέω producitur.
Homerus:
οὐδέ ποτε
καρπὸν ἐδηλήσαντ᾽, ἐπεὶ ἦ μάλα πολλὰ μεταξὺ
οὔρεα.
Neque unquam
Fructum destruxerunt, quoniam ualde multi subinde
Sunt montes.
Ibi ει ante η, in ἐπεὶ ἦ corripitur: ut hic ante ου in πλεῖον.
Idem:
ἀλλὰ μὲν τὸ πλεῖον πολυάϊκος πολέμοιο.
Sed maiorem partem tumultuosi belli, scilicet pertuli.
Idem:
Τεθνάτω ὅ οἱ ἀεικὲς ἀμυνομένῳ περὶ πάτρης.
Moriatur qui non de contumelia pugnat pro patria.
Vbi ω in τεθνάτω corripitur, & οι quoque ante ἀεικές: ut hic μευ:
κλῦθί μευ ἀργυρότοξ᾽, ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας.
Exaudi me Apollo, qui Chrysen obtines totam.
Solon:
ἄλλος δειλὸς ἐὼν, ἀγαθὸς δοκεῖ ἔμμεναι ἀνήρ.
Alius qui est ignauus, bonus quandoque uidetur esse uir.
Hic ει in δοκεῖ & αι in ἔμμεναι corripiuntur.

5. Regula. Communis est & illa syllaba, quæ ex duabus syllabis in unam longam per σύζυξιν, id est coniunctionem est conflata, si ea fuerit ante uocalem uel diphthongum, ut:
Hom. στέμματ᾽ ἔχων
χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ, καὶ ἐλίσσετο πάντας Ἀχαιούς.
Insignia habens
Aureo cum sceptro, & supplicabat omnes Grecos.
Hic χρυσέῳ ἀ dactylus est: nam ε & ῳ una fit syllaba correpta, nempe ω, posita ante α.

Possunt autem duæ syllabæ in unam transire quatuor mo- 6 Regula.
dis. Primò, si duæ sint uocales breues absq; media consonante, possunt redigi in unam longam, non quidem actu, sed potentia atq; scansione, ut hic: εα in α, quasi ἆρος pro ἔαρος.

Mimner. ἔαρος, ὅτ' αἶψ' αὐγῇ αὔξεται ἠελίου.

Veris, quando mox splendore augetur solis.

Theog. αὔχει μηδ' αἴσχεα, μηδὲ φίλους ἀνία.

Gloriare non in turpitudine, neq; amicos dolore affice.

Duæ breues εα in αἴσχεα fiunt contractione una longa, nempe α: sicut in sequenti εο in ου, θεός pro θοῦς,

Aria. ὃς δ' ἔκ γε δυσχθείσῃ, θεὸς δ' αὐτῷ ὄλβον ὀπάζει.

Quis uerò fœliciter uiueret ex labore, nisi Deus diuitias præberet.

Hom. ὣς φάτο, πηλείωνι δ' ἄχος γένετ', ἐν δέ οἱ ἦτορ, &c. Ex diuersis

Ita dixit, Pelioni uerò stomachum mouit, & intus cor illi ardebat. dictionibus confluunt

Hic ο in γένετο, & ε in ἐν coalescunt in ου, licet sint diuersæ dictiones. quoq;.

Secundò, ex syllaba breui ac longa licet cōstituere unam lon- 7. Regula.
gam, altera breui neglecta. ut hæc Homerica:

ἕως ὃ ταῦθ' ὥρμαινε κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν.

Dum hæc cogitaret secum in mente atq; animo.

Hic ἕως ὃ spondeus est, pro ὣς ὃ, producta ὃ à sequente τ, ut postea.

μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω ἀχιλῆος. pro πηληιάδω

Iram cane Dea Pelidæ Achillis.

ὑμῖν μὲν θεοὶ δοῖεν ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες. θεοὶ pro θοῖ.

Nobis dij largiantur Olympica ædificia tenentes.

Tertiò, si longa syllaba copuletur cum breui, liberum erit 8. Regula.
eas in unam commiscere, uel non, utut carminis ratio postulauerit.

Aria. ἤ ἐτιν' ἀτραπητὸν ἐκμαίρεται οὐλυμπόνδε. ἢ ε in η.

Siue aliquam uiam demonstret ad cœlum.

Postremò, duæ syllabæ longæ, misceri possunt in unam. 9. Regula.

Phanoc. νηῶν ἔχει, πασέων δ' ἦν ἀοιδοτάτη.

Congregat, supple homines, canitq; omnibus sola.

νηῶν ε spondæus, χει πα, spondæus, σέων, cæsura, pro σῶν. Cæte-

rùm quod ε producitur in ἔχει, ratio est, de qua paulopòst.
Solon: ἄλλος ὀλυμπιάδων μουσάων πάρα δῶρα διδαχθείς.
Alius ab Olympiacis musis sua didicit dona.

Et iuxta quatuor istas regulas duæ syllabæ sine consonante intercedente possunt propter carmen modò in unam contrahi syllabam, modò per se incontractæ manere: item iam contractæ fieri communes, hoc est & corripi, & produci continuò sequente uocali aut diphthongo. & hæc pro scribentis arbitrio fieri solent.

1. Regula. Vocales breues ante & post liquidas redduntur communes.
Callimachus: ὤμοσεν, ἀλλὰ λέγουσι θεαὶ ἐν ἔρωτι
ὅρκους μὴ δύνειν οὔατ' ἐς ἀθανάτων.
Iurauit, at dicunt aperta de amore
Iuramenta non peruenire ad aures immortalium.
Vbi ε in ἐν & ἔρωτι producitur propter liquidam ν & ρ.
Theog. τόλμα θυμὲ κακοῖς ὁμῶς ἄτλητα πεπονθώς.
Audax esto anime in malis similiter, quando grauiora tulisti.
ο in ὁμῶς producitur.
Hom. τί γὰρ δὴ δεῖ βροτῶν ἕνεκα πολεμίζειν;
Cur enim oporteat mortalium gratia pugnare?
Theog. τέτλαθι, τῶν δὲ καλῶν οὐχὶ σὺ μόνος ἐρᾷς.
Tolera, bona enim non tu solus expetis.
Eratosthenes. Βορῆς, ἢ νότος, τὰ δὲ κεκρυμμένα φαίνει.
Aquilo, uel auster, nam & occulta demonstrat.
Hic ο in Βορῆς, & νότος post ν, itē ε in κεκρυμμένα, ε ante ν & α post ν producuntur, cum sint naturâ correptæ.
Tyrtæus, ἐν δὲ λόφον λόφῳ, καὶ κυνέην κυνέῃ.
Cristam uerò in crista, atque galeam in galea, sup. sustineo.
ο in λόφῳ post liquidam producitur. & sic alia innumera.

2. Regula. In qualibet cæsura uocales breues cōmunes fiunt litera quacunque sequente, ut hæc Homeri:
οἱ δὲ μέγα ἰάχοντες, ἐπέδραμον υἷες ἀχαιῶν.
Illi uerò multum clamantes, accurrerant Græci.
Producitur γα natura correpta in semiternaria: ut ος in semiquinaria sequente:
ἤλυθον ὃ

δεῦρο μαχησόμενος, ἐπεὶ οὔ τί μοι αἴτιοί εἰσιν.
Veni non
Huc pugnaturus. quoniam nullius mali mihi authores sunt.
αὐτὰρ ἔπειτ' αὐτοῖσι βέλος ἐχεπευκὲς ἀφιείς.
Ast subitò in illos telum mortiferum mittit.
Hic similiter ος in semiseptenaria producitur.

Communes fiunt aliquando & longæ uocales, uel diphthongi positæ antè liquidam, uel simplicem, uel geminatam. ut, 12. Regula.

Tyrtæus, ἰθὺς δ' εἰς προμάχους ἀνὴρ ἀσπίδ' ἐχέτω.
Rectà uerò contra pugnantes in prima acie uir teneat scutum.
Pentametrum est, in quo η ante ρ in ἀνὴρ corripitur: sicuti in hoc quoque pentametro α in μᾶλλον,
πλουτοίη δὲ μίδεω καὶ κινυρέοιο μᾶλλον.
Diuesque euaderet, quàm Midas atque Cinyreus, magis.
Absorbetur quoque hic ε ante ω in μίδεω, & ante οι in κινυρέοιο.

Μονόδικον σ cum muta facit non rarò syllabam ancipitem. ut, 13. Regula.

Archilochus, ἔκλαυσ' οἰδαλέους δ' ἀμφ' ὀδύνῃ ἴσχομεν. Et
Tyrtæus, ἰθὺς δ' εἰς προμάχους ἀνὴρ ἀσπίδ' ἐχέτω.
In his pentametris ι in ἴσχομεν, & α in ἀσπίδ' corripiuntur.

Item uocales cùm longæ, tum breues ante σ sæpenumero fiunt communes, ut in his uersibus apparet: 14. Regula.

Hom. χωόμενος, ὅτ' ἄριστον ἀχαιῶν οὐδὲν ἔτισας.
Commotus, quòd optimum Græcorum non es reueritus.
Hic ο ante ς in χωόμενος producitur, sicuti α longa in τροπὰς corripitur in illo uersu:
Hesiod. εὖτ' ἂν ἑξήκοντα μετὰ τροπὰς ἠελίοιο.
Quando sexaginta post solstitia solis.
Tyrtæus: τρεσάντων δ' ἀνδρῶν πᾶσ' ἀπόλωλ' ἀρετή.
Timentibus autem uiris, omnis perijt fortitudo. Et:
θαρσύνῃ πεσεῖν τὸν πλησίον ἄνδρα παρεστώς.
Fortis sit qui adest, cum proximus suus cadit.
In priori pentametro ε in τρεσάντων producitur, & in hoc quoque hexametro in πεσεῖν.

Vocales breues cum τ iunctæ, syllabā efficiunt ancipitē. ut, 15. Reg.

Eratosth. βορέης ἢ νότος, τὰ δὲ κεκρυμμένα φαίνει.

Hom.

Hom. τί γάρ δὴ δεῖ Βροτῶν γυναικα πολεμίζειν.
Idem: πάτροκλον κλαίωμεν. τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων.
Patroclum lugeamus. nam id morientibus est honori.
Idem, σέμματ' ἔχων ἐν χερσὶν ἑκηβόλου ἀπόλλωνος.
Insignia tenens in manibus potentis Apollinis.
Mimner. ἄλλος δέ τις νοῦσον ἔχει θυμοφθόρον, οὐδέ τις ἐστὶν
ἀνθρώπων ᾧ Ζεὺς μὴ κακὰ πολλὰ διδῷ.
Alius uerò morbum habet perniciosum, nec quisquam est
Hominum, cui Iupiter non multa inferat mala.
Panyasis, τέρπεται ἡρώων, ἅματ' ἄλλον λαὸν ἀνώγει.
Delectatur præsens, simulque alios homines iubet.
Simonides, νηπίοισι ταύτῃ κεῖται νόος, οὐδὲ ἴσασι.
Infantibus hoc modo mens est, neque intelligunt.
Mosth. Sicel. ταῦτα λέγω πᾶσι τὰ διδάγματα τοῖς ἀνέρασοις.
Hæc dico, omnibus, documenta, qui non amant.
In his ac alijs compluribus corripiuntur uocales breues ante uel post τ literam mutam.

16. Reg. Monosyllaba δέ, κέ, γέ, νυ, τοι & similia non uerè ad sententiam pertinentia efficiunt syllabam (siue longa sit, siue breuis) proximā dictionē alterius communē, ut hæc ostēdunt exēpla:
Theog. πᾶσι δ' ἀνθρώποις ἀρετὴ μία γίνεται ἥδε.
Omnibus hominibus uirtus sola dicitur illa.
Idem, ὤ μοι ἐγὼν ἥβης τε καὶ γήραος οὐλομένοιο.
Hei ego sum iuuentutisque & senectutis perditæ.
Hic τε facit ut καὶ corripiatur contra naturam.
Hom. ὣς ἔφατ', ἔδδεισεν δ' ὁ γέρων, καὶ ἐπείθετο μύθῳ.
Sic fatus erat. metuit autem senex, ac dicto audiens fuit.
Hesiod. εἰ δέ κεν ἐργάζῃ, τάχα σε ζηλώσει κ' ἀεργός.
Quòd si opereris, uix te imitabitur ociosus.
Et hic ει in ζηλώσει corripitur propter κ': quemadmodum ι in ἐγὼ firmatur ex δ' hic,
νῦν δ' ἐγὼ μήτ' αὐτὸς ἐν ἀνθρώποισι δίκαιος.
Nunc uerò ego nec ipse inter homines sum iustus.
Hom. ἧσθαι. ἐπεί νύ τοι αἶσα μίνυνθά περ, οὔτι μάλα δήν.
Sedes, quia tibi uita est parua, minimeque longa.
Vbi in μάλα, α aliàs correpta producitur propter δὴν.

17. Regula. Postremò breues uocales communem induunt naturam, & ante

ante χ & δ quandoq;, ut hæc ostendunt exempla:
Phanocl. νῦν ὧν ἔχει πασίων δὴν ἀοιδοτάτη. Et
Theog. ζητοῦσι, χαλεπῇ τειρόμενοι πενίῃ.
Quærunt sup. bona, qui graui premuntur paupertate.
Hic ε in ἔχει, & ι in ζητοῦσι producuntur ante χ.
Hom. τίπτε σὺ δείδιοξας πόλεμον καὶ δηϊοτῆτας;
Cur modò tu metuisti bellum atq; pugnam.
Vbi ε in δείδισας producitur.
Et hæc dicta sint, quomodo syllabæ naturâ fiant communes: adiunxi uerò exempla non utriusque quantitatis, hoc est, ubi syllaba communis nunc corripiatur, nunc producatur: sed tantùm (cum sufficiat) ubi contra naturam uel corripiatur, uel producatur.

De syllabis authoritate communibus.

Authoritate communis ea est syllaba, quæ in quibusdam dictionibus producta, in alijs uerò correpta usurpatur ab authoribus probatis, non quòd in eadem dictione & longa & breuis esse possit ad cuiusuis arbitrium, ut ea quæ natura est syllaba communis, sed eadem syllaba in hac dictione corripitur tantùm, in alia uerò producitur, nisi naturâ fiat communis. *Authoritate communis quæ.*

Omnis autem syllaba, quæ unam ex ancipitibus α, ι, υ, habet, dicitur authoritate communis. horum enim quantitas facile deprehendi non potest, nisi authoritate, seu exemplo poetarum. Et ideo dicuntur δίχρονα, id est bitemporea, propterea quòd in diuersis dictionibus & corripiantur, & producantur.

Anceps autem harum quantitas cognoscitur quatuor modis. Primùm ex regulis prædictis, in quas si cadant, naturâ communem uim induent: id est, in eadem dictione poterunt tum produci, tum corripi, ut hic ultima in μάλα naturâ breuis, fit communis. *1. Regula cognoscēdi authoritate communem syllabam.*

Hom. ἥδη γὰρ νύ τοι αἶσα μίνυνθά περ, οὔτι μάλα δήν. Et.
εἰ μάλα καρτερός ἐσσι, θεός που σοὶ τόγ᾽ ἔδωκεν.
Si ualde robustus es, Deus utiq; tibi hoc dedit.
Theog. ζητοῦσι χαλεπῇ τειρόμενοι πενίῃ.
Vbi ι per se breuis producitur in ζητοῦσι, & fit naturâ commu-

nis ob χ sequentis dictionis. & sic plurima.

2. Secundò cognoscitur ex accentu. ut, σίνηπι sinapi, ι finalis breuis est. nam si esset longa, staret accentus in penultima. Sic σῶμα corpus, ultima breuis, propter penultimam circumflexam: item ἶσον par, ι circumflexum est longum, idque in hac dictione. nam in alia potest esse breuis, ut in σίνηπι, &c.

3. Tertiò inflexione. ut, τέρην tener, τοῦ τέρενι, τὸν τέρενα, οἱ τέρενας, ubique ultima breuis, quòd accentus sit in antepenultima. Sic πιτὰν, τοῦ πιτανὸς, τῷ πιτανῷ, τὸν πιτανὰ, &c. penultimam omnium longam esse, & ultimam breuem, docet inflexio.

4. Postremò regulis, quibus ultimæ, mediæ atque primæ syllabæ quantitas perpenditur. Primùm autem de ultimæ quantitate dicendum, quia ab hac reliquæ pendent, ac discernuntur.

VLTIMAE SYLLABAE QVANTITAS IN α, ι, υ.

Tempus nominatiui. *Tempus nominis.*

ας In ας grauitona masculina producuntur. ut, αἴας, αἰνείας, &c. præter μέγας magnus, & λᾶας lapis.

In ας neutra in breuem desinunt. ut, τὸ κέρας cornu, &c.

Item in ας acuta corripiunt ultimam. ut, ἀρκὰς Arcas, εἰθὰς assuetus. excepto ἱμὰς lorum, & ἀνδριὰς statua, & quæ fiunt à κεράω, temperando. ista enim producuntur.

α In α fœminina, & oxytona producunt ultimam. ut, χαρὰ gaudium, ἀρὰ imprecatio, &c. Quod si hæc finiant in α proparoxytona, uel properispomena, corripiuntur. ὁμόνοια, concordia, μοῦσα, &c.

Et si fœmininum habeat masculinum, idem erit tempus finale cum ultima genitiui sui masculini. ut, ὁ θεῖος diuinus, τοῦ θείου, & ἡ θεία ultima longa. ἡδὺς dulcis, τοῦ ἡδέος, & ἡ ἡδεῖα breui ultima. præter δῖα diua, pro δία. nam ὁ δῖος diuus, τοῦ δίου.

εια In α fœminina à uerbis in εύω desinunt in longam. ut, πρεσβεύω legatum ago, ἡ πρεσβεία legatio, &c.

αια In αια fœminina dissyllaba corripiunt ultimam. ut, μαῖα: Polysyllaba uerò producunt. σεληναία luna, &c.

ρα In ρα præcedente uocali producuntur. ut, πήρα pera. præcedente

dente uerò diphthongo corripiuntur. ut, μοῖρα parca. Excipe φαίδρα, σαύρα lacerta, αὔρα aura.

In δα, θα & ια ultimam habent longam. ut, λῆδα, ἐυσαίθα capella, ἀκρασία defectio, &c. δα, θα, ια

Omnia reliqua, præter hæc, fœminina, ultimam habent breuem. ut, ἡ γαῖα terra, ἡ πεῖρα experientia, &c. Nota.

In αν quintæ declinationis ultimam producunt. τιτάν, παιάν, &c. αν

Masculina in αξ, ιξ, υξ, producunt ultimam. ut, θώραξ. Excipe ἱέραξ accipiter, ὄρτυξ coturnix, ὄνυξ unguis. αξ, ιξ, υξ

Fœminina breuiant ultimam. αὖλαξ sulcus, πῖδαξ fons, &c.

Generaliter ergò, hypermonosyllaba in αξ, ιξ, υξ, longam habent ultimam in masculino. ut, θώραξ thorax, φοίνιξ, κήρυξ præco. In fœminino breuem, αὖλαξ, κύλιξ calix, ἄντυξ currus.

Monosyllaba uerò semper corripiuntur. ut, φρύξ, &c.

Omnia nomina in ις corripiunt ultimam. ut, ὄφις, πόλις, πινακίς scutella, θηρὶς uenatio, πραμίς, &c. ις

In υς & ας adiectiua, quorum neutra in υ & α, correptam ultimam habent. ut, ἡδύς, τὸ ἡδύ: μέγας magnus, τὸ μέγα magnum. υς & ας

Item cætera in υς barytona cuiuscunque sint generis, corripiuntur. ut, βότρυς uua, πῆχυς cubitus, ἄδακρυς non lachrymans.

Atqui in υς monosyllaba, & hypermonosyllaba oxytona, uel perispomena producunt ultimã. ut, σῦς sus, μῦς mus, ὀφρῦς supercilium.

In αψ, ιψ, υψ producunt ultimam. ut, ἅρπαψ, κίνυψ, κατῆλιψ scala, &c. αψ, ιψ, υψ

Neutra in α, ι, υ, finientia semper corripiuntur. ut, βῆμα tribunal, μέλι mel, γόνυ genu, &c. α, ι, υ

Omne masculinum & fœmininum finiens in liquidã, producit ancipitem, quæ præcedit liquidam. ut, ψίθυρ susurro: præter ὁ μάκαρ beatus, & ἡ δάμαρ uxor. αρ, ιρ, υρ

Regula.

Ancipites in obliquis quintæ declinationis corripiũtur. ut, ὁ τιτάν, τοῦ τιτᾶνι, τὸν τιτᾶνα, τοὺς τιτᾶνας. Sic ὄρνις auis, τοῦ ὄρνιθος, & cætera. & νέηλυς nouitius, τοῦ νεήλυδι, τὸν νεήλυδα, & νέηλυν,

D 2 & cæ-

& cætera.In obliquis autem declinationis primæ atque secundæ producuntur: præterquam in accusatiuo, qui semper idem cum nominatiuo retinet tempus. ὁ αἰνείας, τὸν αἰνείαν. ἡ μοῦσα τὴν μοῦσαν.

Verbi quantitas.

Ancipites, α, ι, finales in uerbis siue disyllabis, siue polysyllabis corripiũtur. ut, τέτυφα, ἔτυψα, τύφθητι, τίθημι, ζεύγνυμι, δίδωμι, εἶμι, εἶπα, &c.

Participiorum tempus.

In ας, & αν participia producunt ultimam. ut, τύψας, τύψαν. ποιήσας, ποιήσαν. In ασα fœminina corripiunt ultimam, penultimam producunt. τύψασα, ποιήσασα, &c.

Participia à uerbis in μι producunt α & υ. ἱστάς, ἱστᾶσα, ἱστάν. ζευγνύς, ζευγνῦσα, ζευγνύν. In cęteris participiũ eandem habet quantitatem, quam nomen eiusdem declinationis.

Articuli tempus.

Articuli fœminini generis sequuntur planè declinationis secundę simplicium tempus & quantitatẽ: hoc est, in obliquis producuntur.

Pronominis quantitas.

Pronominis quantitas cognoscitur uel ex nominis quantitate, uel ex sedibus tonorum. ut, ἡμέτερα, ἡμᾶς, ἡμῖν, νῶϊ, σφίσι, &c. Hæc σύ, μίν, νίν, ὑμίν, τίν breuem habent ι.

Præpositionis, coniunctionis, & aduerbij tempus.

Ancipites α, ι, υ, in præpositionibus, coniunctionibus atque aduerbijs finales corripiuntur. παρά, ἀμφί, & cætera ἆρα num, ναίχι certè. Excipe νῦν nunc, & γρῦ gry, uox est suilla, item minimè, τρίς ter.

De primarum mediarumq; syllabarum in α, ι, υ, quantitate.

α priuatiua Particula priuatiua α breuis est, nisi causa metri producatur. ut, ἀθάνατος immortalis. at ἄτιμος sine honore, ἄλοχος uxor, &c. corripiunt α.

α { β, θ, μ } α ante β, θ, μ corripitur. ἄβυδος Abydus, ἀθήνη, ἅμιλλα pugna. præter ἀμητός messis.

Regula. Omnis anceps contracta producitur, τιμῆντι pro μήτιι consilio, ἱρεύς pro ἱερεύς sacerdos, κλυτᾶ gloriosum, &c. Excipe δυσκλέα infamem, & νηλέα sæuum, quæ non facta sunt per crasin, sed ablationem ε.

Nomi-

Nomina in αός, ιός, & υός oxytona producunt penultimã anci pitẽ. ut, ναὸς templũ, κριὸς aries, ἰὸς serpẽs. præter βιὸς neruus. αος ιος
Verbalia in μα purum, penultimam habent longam. ut, θῦμα uictima, ῥῦμα purgatio, λῦμα sordes, &c. υος μα
Comparatiua in ων impurum, corripiunt præcedentem ancipitem. præter θάσσων minor, in quo α producitur.
At in ων purum penultimam habent longam, βελτίων, &c. ων
Neutra in ος dissyllaba, in quorum penultima est α, producunt illud α. ut, χάος, φάος lumen, præter φᾶρος uestis. ος
Dissyllaba masculina in αρος, corripiunt α. ταρὸς crates, λαρὸς dulcis. αρος
In αριον diminutiua correptum habent α. ἱππάριον equulus, φυλλάριον foliolum, &c. αριον
Initialis ι breuis est ante τ. ἴτυς, umbo, ἰτέα salix, ἰτρίον bellarium, &c. ι ante τ
Desinentia in ιτης producunt ι penultimam, præter composita à nominibus oxytonis, quæ corripiunt. ut, δικαιοκρίτης iustus iudex. à κριτὴς iudex. ιτης
Nomina, quæ à uerbis in penultima diphthongum habentibus formata sunt per ι, corripiunt illud ι ut plurimum. ut, πείθω suadeo, πιθανὸς suasilis: λείχω lãbo, λιχανὸς medius digitus, &c. à σιτεῖν cibare, tamen, σῖτος frumentum fit. Regula
In ιος paroxytona, uel proparoxytona breuem habent penultimã: demptis δῖος diuus, κῖος, χῖος, & τῖος, quę sunt cõtracta. ιος
Neutra diminutiua in ιον, siue paroxytona, siue proparoxytona, corripiũt penultimam. ut, θηρίον parua fera, γραμμάτιον literula. ιον
In ιας barytona masculina corripiunt penultimam. κοχλίας limaca, &c. ιας
In ιμος deriuatiua hyperdissyllaba simplicia, corripiunt ι. ut, ἀλκιμος ἄλκιμος fortis, κύδιμος gloriosus, πρώϊμος prçcox. At ἄτιμος, βούλιμος famelicus, ἴφθιμος potens, cõposita sunt, & producunt ι. ιμος
In ινος polysyllaba oxytona, & temporis ac horę significationem habentia, breuem habent penultimam. ut, ἐαρινὸς uernus, θερινὸς æstiuus, νυκτερινὸς nocturnus, &c. Et hæc natura cõmunia sunt. nam producuntur quoq; à poetis.

ινος Cætera in ινος barytona siue dissyllaba sint, siue non, penultimam habent longam: præter καρκίνος cancer, & πίνος sordes.

ινη In ινη hypertrissyllaba producunt penultimam. ἡρωΐνη herois, μολυβδίνη plumbea. Excipe ἀλαπίνη conuiuium, & quæ sunt urbium nomina.

ιλος In ιλος uel υλος finientia breuem habent penultimam.

υλος At in υλον neutra longā. ut, σκῦλον spolium, φῦλον gens, &c.
υλον præter ξύλον lignum.

ιτης In ιτης uel υτης penultimam producunt. πολίτης, πρεσβύτης
υτης senex. excepto κριτής, & quæ ab eo deriuantur.

υμος In υμος dissyllaba producunt penultimam. χυμὸς humor, θυμὸς furor.

ος In ος uerbalia facta à tertia præteriti passiui, longam habent penultimam, aut natura, aut positione. ut, λέλυμαι, λυμὸς solutio: ἔῤῥυμαι fusus sum, ῥυμὸς humor, δέδμαι, δεσμός.

υνος In υνος dissyllaba, item & polysyllaba, longam habent penultimam. φρῦνος rana, θῦνος cursus, κίνδυνος periculum, ἀνεύθυνος non obnoxius, πάχυνος crassus, &c. Exceptis πλυνὸς balneum, & ἀνδρόγυνος semiuir, λάγυνος mollis, & similibus, quæ idem tempus habent cum γυνὴ, à quo deducuntur.

υνη In υνη dissyllaba penultimam producunt. μύνη prætextus, φρύνη Phryne. præter γυνὴ correptum in penult.

At hyperdissyllaba corripiunt penultimam. ut, δικαιοσύνη iustitia, κορύνη claua, &c.

Et hæc de prima & penultima nominatiui. iam de obliquorum.

De prima uel penultima obliquorum quantitate.

ιξ, ικος Nomina in ιξ omnia longam penultimam habent in obli-
υξ, υκος quis. ut, φοίνιξ φοίνικος, κῆρυξ, κήρυκος.

ις, ιδος Oxytona in ις dissyllaba fœminina per δ declinata, natura penultimam in obliquis longam habent. ut, κνημὶς, κνημῖδος, ocrea. κλεὶς, κλειδὸς, transtrum.

ψ { ιπός In ψ corripiuntur in penultima obliquorum. ἴψ, ἰπὸς uermis:
υπός γύψ, γυπὸς uultur.

Sic & monosyllaba in nominatiuo quidem producuntur: at in

in genitiuo corripiuntur in penultima. μῦς, μυὸς: δρῦς, δρυὸς quercus. υς,υος

Quorum nominatiuus definit in υς & υν simul, in genitiuo υω⊗ producunt υ. ut, φόρκυς & φόρκυν, φόρκυν⊗. Sic πόλυτων, & cætera. υς } υω⊗ ω }

Nomina adiectiua trissyllaba in ις omnia corripiunt penultimam in genitiuo, siue nominatiuus excat in ις longam, siue breuem. ut, αὐλητρὶς, αὐλητρίδ⊗ tibicina: στρατηγίς, στρατηγίδ⊗, imperator. ις

Nota igitur quòd ante liquidam sequente ς nunquam ponatur uocalis anceps longa, sed breuis. Regula.

Verbi quantitas penultima.

In αω habentia ante α uel uocalem, uel ρ, producunt penultimam: ut, ἐάω sino, πράω perficio. Cætera in αω corripiũt. ἐλάω, γελάω, &c. αω

In ιω grauitona hyperdissyllaba corripiuntur in penult. ut, κυλίω uoluo, χρίω illino, &c. prçter ἐσθίω edo. ιω

Sic & in ιῶ circumflexa, ἱδμαι uestio, ἐρυθριῶ erubesco, ἀνιῶ doleo, &c. ιῶ

In ανω præterea polysyllaba breuem habent α. ut, λαμβάνω, ἁνδάνω placeo: præter ἱκάνω sufficio, λιχάνω inquiro. ανω

ὁμοῖος pro ὅμοιος, similis.

ὀμφακίας, acerbus.

ὀξίς, uas acetarium.

ὀρχήστρια, saltatrix.

οὐδὲ πολλοῦ δεῖ, pro nequaquã, uel nihilo magis.

οὐδὲν μᾶλλον, pro οὐ non.

οὐχί & οὐκί pro οὐ, uel οὐκ, non.

οὖλαι, crines.

ὁσημέραι, pro ὅσαι ἡμέραι, id est semper.

πανδοκεύτρια, diuersorium.

πανοῦργος, callidus, uersutus.

παντοδαπῶς, prorsus.

πάσαισι καὶ πάσαις, omnibus utrisque sexus.

πάσσαξ, palus.

πανσυδί, omnino.

πῆρα, dolus.

πλεύμων, pulmo.

πνύκα, concio.

πνύξ, idem.

πόθεν βαδίζεις, unde uenis, dicunt.

πολυπραγμονέω, calumnior.

πρέσβευσις, legatio.

πρεσβεύειν, mittere legatum consulis, uel prætoris.

προστίθημι, adscribo.

προτέλεια εὐχαί, preces quę fiunt ante nuptias cum sacris.

πτερυγίζω, frustra nugor.

πῶς, mirè.

πρυτανεῖον, Prytaneum.

πρυτανεύω, exerceo magistratũ.

πρύτανις, gubernator.

πρὸς πολλοῦ ποιεῖσθαι, multum referre.

πέτρος pro πέτρα, saxum

πλέον & πλεῖν, pro πλέον, plus.

πώμαλα, neutiquam.

πιέζω, premo.
παμπληθὴς quàm plurimus.
ῥάφανον, brassicam dicunt, ῥαφανίδα autem raphanum.
σίος, mentula.
σκινδαλμός, nugæ.
συγχωρέω, ueniā do. μ. συγχούσομαι, faciunt.
συκόβιος, sycophanta.
σφλήν, fidicula.
σπογγιά pro σπογγία, spongia.
συρίττειν pro συρίζειν, fistula canere.
ταῦτ' ἄρα, adhæc, igitur.
τερατεύω, mentior, portentosè facio, uel nuncio.
τριακάς, mensis.
τροπαῖον, trophæum.
τί δὲ δή, quid uerò, dicunt.
τονθαρίζειν, murmurare.
ὑποτίθεμαι, oppono.
ὑποτίθημι, propono.
ὑποφθαίνω, præuenio.
φρυκτὸς, faba.
φέρε δή, age iam, cedò.
ὤνθρωπος, pro ὦ ἄνθρωπος, ô homo.
ὥς γ' ἐμοὶ δοκεῖν, ut censeo, ut mihi placet.
ὠφληκὼς τὴν δίκην δικαίως, meritò damnatus.
ὡς ἔχω γνώμης, ut mea est sententia.
ὡς pro ὥσπερ, semper utuntur.
ὡσπερεὶ pro ὥσπερ, quemadmodum.

Hæcq; ordine adscripsimus: quæ quidē Atticis sunt peculiaria, lingua tamen communis eadem libentissimè recipit: sicut & isti, quæ communis habet lingua, pro hisce iam enumeratis sæpius usurpat. Verùm exempla horum omniū qui desiderat, legat autores Atticos suprà citatos.

SYNTAXIS ATTICA.

Nominatiuus cum nomine.

PRorsus Atticus usus est, adiectiua nomina, pronomina, participia non conuenire cum suis substantiuis eodem genere, numero, & casu. *1. Regula.*

Genere.

1. Vtuntur enim pro fœminino genere sępius masculino. ut: Philoct. μηδέ τῳ τέχνῃ, nec alicui arti, ubi τῳ pro τῇ, uel τινὶ posuit. Item ἄμφω τούτω τὼ ἡμέρα, pro ἄμφω ταύτα τὰ ἡμέρα, ambos hosce dies. *Masculinū pro fœminino.*

Hom. κλυτὸς ἱπποδάμεια, inclytus Hippodameia, pro κλυτὴ inclyta. Idem, ἦλθον ψυχὴ σκῆπτρον ἔχων, pro ἔχουσα, aduenit animus sceptrum habens. Plato, ἡ σοφὸς γυνὴ καὶ ἡ δίκαιος,

sapiens mulier ac iustus: pro σοφὴ & δικαία, sapiens & iusta. Pædias, τὼ χεῖρε manus, pro τὰ χεῖρε. Item, τὼ γυναῖκε mulieres. Plato, τὼ φύσει, naturæ. Electra, τούτω φιλεῖν χρή, pro ταύτα, has amare oportet. Et id genus plurima passim. Committunt autem hoc Attici potissimum in adiectiuis in ος, quæ omnia eis habentur communia. qua de causa adiectiua masculina in ος substantiuis fœmininis assiduè iungunt. ut:

χαῦνος ὥριμος σπουδαῖος λακοῦργος διάφορος, &c.	γυνὴ	mollis maturus studiosus uersutus præstās.	mulier, pro	χαύνη, mollis. ὡρίμη, matura. σπουδαία, studiosa. λακούργη, uersuta. διαφόρα, præstans.

Pro masculino & fœminino neutrum.

II. Itē: pro masculino, & fœminino eleganter assumunt neutrum: sed tum refertur neutrum ad intellectum, non ad uocem: hoc est, præcedens masculinum uel fœmininum. ut: Aegineta, λυσιμάχιον ἰσχαιμός ἐστι, subaudita πόα herba. Lysimachium herba est attenuans sanguinem. Item, χαλεπὸν ὁ βίος, subintellecto πρᾶγμα res. difficile uita, id est, difficilis res uita. sicut, Triste lupus stabulis, &c. Item, ἀδικία οὐκ ἔστι λυσιτελέστερον δικαιοσύνης. subintelligo πρᾶγμα. Iniustitia non est utilius iustitia. id est, utilior res. Soph. τό τ' ἄγαν σιγὴ βαρὺ δοκεῖ προσεῖναι, & nimia taciturnitas grauc uidetur effectu: pro, grauis res. Thucydides: ἡ νόσος πρῶτον ἤρξατο γενέσθαι τοῖς Ἀθηναίοις, λεγόμενον μὲν πρότερον πολλαχόσε ἐγκατασκῆψαι, morbus primùm cœpit esse Atheniensibus, dictum antè in multa incubuisse loca. ubi λεγόμενον dixit respiciens, νόσημα eiusdem generis uocabulum, & significans morbum.

Casu.

Ponunt enim sæpissimè casum pro casu, per antiptosin, quæ figura illis est propria. ut: Hesiodus, ἀπόλλωνα ἀστράπτων, pro ἀστράπτοντα. Apollinem fulgurans, pro fulgurantem. Plato, δύω γάρ ἐστι, τὰς τε ἐπακτικοὺς λόγους, καὶ τὸ ὁρίζεσθαι: pro, οἵ τε ἐπακτικοὶ λόγοι. hoc est, duæ siquidem sunt scilicet ratiocinationes: Inductitias nempe argumentationes, & definitio: pro, Inductitię. Accusatiuus pro nominatiuo, &c.

Numero.

Adiungunt enim ſingularem quandoque cum plurali, & rurſus cum ſingulari pluralem. ut, Aegineta, καὶ σπέρμα λίνου, καὶ πηγάνου ἐσιώμενα. ſemen lini ac rutæ ſunt alimenta: pro, ἐσιώμενον alimentum. Thucyd. καὶ ὅτι μὲν μυκῆναι μικρὸν ἦν, & quia Mycenæ paruum erat. ubi & genere diſcrepant, & numero, μυκῆναι μικρόν, pro μικραί: uel μικρὸν οἴκημα, &c. Sic χρήσιμον ἐς ἁγνείαν αἱ νηστεῖαι, utile ad caſtitatem ieiunia. Hoc quoque fit ſemper in participijs ſingularibus uerborum imperſonalium, quibus iunguntur nomina neutra pluralia. ut: ταῦτα δόξαν ἡμῖν: pro, ταῦτα δόξαντα ἡμῖν, cum hæc uiderentur nobis. δέον ἕτερα, pro δέοντα ἕτερα, aliæ res conuenientes, &c.

Sing pro plur. & plur. pro ſingulari.

2. Regula.

Vſurpant uocatiuum pro nominatiuo, & contrà nominatiuum pro uocatiuo. ut: Hom. νεφεληγερέτα ζεύς: pro, νεφεληγερέτης, nubigrega Iupiter. Et ἱππότα νέστωρ, pro ἱππότης, eques Neſtor. εὐρύοπα ζεύς, pro εὐρυόπης latoculus Iupiter. θυέστα λεῖπε αὐτόν, pro θυέστης, Thyeſtes reliquit eum. Sic ὁ, uel ὦ φίλος, pro ὦ φίλε, ô amice. Pſal. ὁ θεὸς εἰσάκουσόν μου, pro ὦ θεέ, ô Deus exaudi me. Paulus ad Col. οἱ ἄνδρες ἀγαπᾶτε τὰς γυναῖκας: pro ὦ ἄνδρες, ô uiri diligite uxores ueſtras. Et, τὰ τέκνα ὑπακούετε τοῖς γονεῦσι: pro, ὦ τέκνα, liberi obedite parentibus, & alia mille.

Vocatiuus & nominatiuus pro nominatiuo & uocat.

Genitiuus cum nominatiuo.

1. Regula.

Poſitiuum uſurpant pro comparatiuo in eadem conſtructione, ſubintelligendo tamē μᾶλλον, aut ſimilem aliquam particulam. ut: Homerus, βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι ἢ ἀπολέσθαι: pro, μᾶλλον σόον, uel σώτερον. id eſt, uolo ego populum ſaluum eſſe, quàm perire: pro, magis ſaluum. Xenoph. χάριν σοι εἴσομαι μᾶλλον, ὅσῳ ἂν πλεονάκις εἰσίῃς ὡς ἐμέ: pro, τοσούτῳ μᾶλλον, ὅσῳ ἂν πλεῖον. id eſt, gratiam tibi habebo maiorem, quanto ſæpe ad me ueniſti. pro, ſępius, &c.

Poſitiuus pro cōpar.

2. Regula.

Econtrà pro poſitiuo utuntur comparatiuo. ut: Thucyd. τοὺς γὰρ ἀφισταμένους ἐν τοῖς πολεμίοις, καὶ ξυμμαχίαν τὴν πρὶν ἀπολιπόντας

Cōparat. pro poſit.

πόντας χείρους ἡγοῦνται, pro κακούς, χείρους: id eſt, deficientes enim in bellis, & ſocietatem priſtinam derelinquentes, peiores arbitrantur: pro, malos arbitrantur. Theologus, καὶ ὥσπερ ἐκ τῶν χρηστοτέρων ἦλθε τὰ λυπηρὰ, οὕτω καὶ ἐκ τῶν λυπηρῶν ἐπανελθεῖν τὰ χρηστότερα: pro χρηστὰ & χρηστῶν. & ſicut ex melioribus uenerunt triſtia, ſic & ex triſtibus uenire meliora. pro bona. & Homerus: Ζεῦ πάτερ οὔτοι σεῖο θεῶν ὀλοώτερος ἄλλος, pro ὀλοός. Iupiter pater non te deorũ pernicior alius. pro, non eſt alius deorum pernicioſus, &c.

3. *Regula.*

Superlatiuus pro cõparatiuo.

Superlatiuus pro comparatiuo ponitur ſæpiſſimè, & tam ad ſingularem, quàm pluralem genitiuum. ut: θηριωδέστατον πάντων, pro θηριωδέστερον dicunt Attici: id eſt, beſtialiſſimus omnium, pro beſtialius. Item, πλεῖστόν σου ἐμόγησα. pro, πολλῷ πλεῖόν σου ἐμόγησα, multo plus te laboraui. Et, τὰ ἄρρενα κινητικώτατά ἐστι τῶν θηλειῶν: pro, κινητικώτερα. Maſculi longè agiliores ſunt fœmellis, &c.

4 *Regula.*

Comparat. pro ſuperlatiuo.

Et è contrario, pro ſuperlatiuo comparatiuum accipiunt. ut, πάντων σοφώτερος ἦν ὁ σωκράτης: pro σοφώτατος, omnium ſapientiſſimus erat Socrates. Paulus ad Corinthios, μείζων δὲ τούτων ἡ ἀγάπη: pro, μεγίστη. maxima harum ſcil. uirtutum eſt charitas, &c.

5. *Regula.*

Adiectiua pro ſubſtantiuis.

Nomina adiectiua neutri generis pro ſubſtantiuis uſurpant, & ſubſtantiuorum more genitiuum eis apponunt. ut Halacar. εἰς τόδε χρόνου, in hoc temporis. pro, εἰς τόνδε χρόνον, in hoc tempus. Trachin. τὸ πιστὸν τῆς ἀληθείας, fidele ueritatis. pro, ἡ πίστις τῆς ἀληθείας, fides ueritatis. Sic ἀττικὸν τῆς γλώττης, Atticiſmus. μέγιστον τῆς ἀρχῆς, maximum imperij: pro, μέγεθος magnitudo. τὸ ἀγαθὸν τοῦδε, bonum huius: pro, ἡ ἀγαθότης τοῦδε, bonitas huius. τὸ σοφὸν τοῦ πέτρου, ſapiens Petri. pro, ἡ σοφία τοῦ πέτρου, ſapientia Petri, &c.

Idipſum fit aliquando in eo genere, cuius eſt genitiuus ſubſtantiui. ut: πολλὴ τῆς ὁδοῦ, multa uiæ: pro, πολλὴ ὁδός, uel πολὺ τῆς ὁδοῦ. Et αἱ ἡμίσεαι τῶν ἄρτων, dimidiæ panũ: pro, τὸ ἥμισυ τῶν ἄρτων, dimidium panum.

6. *Regula.*

6. Regula.

Genitiuus per se positus Atticis, est abominantis. ut: τοῦ θράσους, ô temeritatem: pro, ὦ τοῦ θράσους. φεῦ ἀναιδείας, heu impudentiam: pro, φεῦ τῆς ἀναιδείας. Sed in his ἔλλειψις est. omittitur enim, ὦ, φεῦ, aut similis particula. Aristoph. ὦ Ζεῦ, τῆς λεπτότητος τῶν φρενῶν: ô Iupiter subtilitatem ingenij: subaudita ἰδού, uel ἆ, en, hem, &c.

De uerbalibus in τέον.

Verbalibus in τέον addunt quoque participium uerbi substantiui. ut: οἶδα γραπτέον ὄν: pro, γραπτέον, noui scribendum esse. ἐγνων μενετέον ὄν, cognoui manendum esse, &c.

Sine participio autem hæc in τέον uerbalia dicunt sæpius per τέα pluraliter. ut, γραπτέα ἐμοί: pro, γραπτέον ἐμοί. Scribendum mihi est, &c.

Obseruatio.

Attici eleganter, obliquis casibus antecedentibus, orationem casu recto & nominatiuo claudunt. ut: ζῇ ἄνθρωπος ἔτη ὀγδοήκοντα, ἢ ἐνενήκοντα, ἢ ἑκατὸν τὸ μακρότατον: pro ὅ, τί ἐστι τὸ μακρότατον. uiuit homo annos octuaginta, aut nonaginta, aut etiam centum longissimum: pro, quod est longissimum. Relatiuum itaque, quod deberet referri ad uerbum, aut totam orationem præcedentem, omittunt, ponuntque pro illo nomen neutrum in nominatiuo: & quod Ter. dixit, In tempore ad eum ueni, quod rerum omnium est primum: illi, In tempore ad eum ueni, rerum omnium primum, omisso relatiuo quod, efferunt, &c.

De possessiuis regula.

Atticorum, accipere possessiua pro primitiuis. ut, παρθενική, pro ἡ παρθένος, uirginea, pro uirgo.

Et ipsa primitiua capere pro possessiuis. ut: γυναῖκα ἐθήλαζε μαζόν: pro, γυναικεῖον ἐθήλαζε μαζόν: mulierem suxit mammam, pro muliebrem lactauit mamillam, &c.

Synthesis.

Valde elegans est & frequens apud Atticos synthesis, cum nomini multitudinis singulari, subijcitur uerbum, aut adiectiuum plurale. ut Dem. ὑμεῖς δ' ὁ δῆμος κάθησθε ἐκνενευρισμένοι: uos autem populus sedetis eneruati. Et Hom. ὡς φάσαν ἡ πληθύς, sic dixerunt multitudo, &c.

Enallage numeri.

Pluralis pro singulari. Loco singularium nominum usurpant pluralia. ut: οὐδ' ὅσια πρᾶξαι τοῦτο: pro, οὐδ' ὅσιον, neque iusta facere hoc, pro neque iustum. Sic τὰ τελευταῖα ad ultima, pro ad ultimum. πολλά, multum. μέτρια, mediocriter. μεγάλα, magnificè. Sic ἕκαστοι pro ἕκαστος, unusquisque.

Et comparatiua. Antigona, πότερα πατρῴας, ἢ πρὸς οἰκείας χερός. pro, πότερον, utra paterna, uel à propria manu, pro utrum. Polymnia, καὶ δὴ καὶ τότε πολλῷ τι δεινότερα ἐποίει: quamuis & tunc multo grauiora tulit: pro, grauius, &c.

Item & superlatiua, τὰ μάλιστα, maximè. τὰ πρῶτα, primum. ἀλυπότατα, lætissimè. ἀκλεέστατα, ignauissimè, & cætera. Sed hæc neutra pluralia efferuntur ut plurimum aduerbialiter.

Dualis pro plurali. Vsurpāt etiam frequenter numerum dualem pro plurali antiquo Atheniensium more. ut: νὴ τὼ θεώ: pro νὴ τοὺς θεούς, per utrunque Deum, pro per Deos. Plato, τὼ γὰρ ξένω τώδε γοργίας τε καὶ πῶλος, σοφὼ μὲν ἀμφοτέρω ἐστὸν, καὶ φίλω ἐμώ. uterque enim hospes his, Gorgiasque & Polus, doctus quidem uterque est, & amicus meus. Item, δυοῖν ὀβολοῖν, duobus obolis: & δυοῖν χαλκοῖν, καὶ ταῖν θεαῖν, & cætera duobus æreis, & duabus deabus.

Amiptosis.

Accusatiuus p genitiuo. Accusatiuos accipiunt pro genitiuis. ut: Theologus: δι' ὃν ἐξέπεσε: pro, δι' οὗ. per quem decidisti. Hom. μήτε σὺ τόνδ' ἀγαθός περ ἐὼν ἀποαίρεο κούρην. τόνδ' pro τούτου. Neque tu hūc, bonus licet sis, aufer puellam. pro, ab hoc.

Genitiuus pro accusatiuo. Et rursum pro accusatiuo capiunt genitiuum. ut: Aristoph. ἕως συντρίψῃ τῆς κεφαλῆς: pro, τὴν κεφαλὴν, donec contriueris capitis: pro, caput. Item, ἀποψῶν τοῦ αἵματος: pro, τὸ αἷμα. abstergens sanguinis: pro, sanguinem. Et μὴ ἔχειν χρημάτων pro χρήματα, & cætera.

Accusatiuus pro datiuo. Amant & accusatiuum pro datiuo. ut, Thucyd. εἰ οὖν τί σε τούτων ἀρέσκει, &c. pro, σοι ἀρέσκει. si igitur quid te horum placet: pro, tibi placet. Et Soph. οὐ γάρ μ' ἀρέσκει γλῶσσά σου τεθηγμένη: pro, οὐ γάρ μοι: & alia infinita inuenias exempla, & apud Homerum, & omnes Atticæ linguæ autores.

Assu-

Accusatiuus pro nominatiuo.

Assumunt, & pro nominatiuo acusatiuum, ut, Aristoph. ὡς τὸ δεινόν γε τὸν κήρυκα τὸν τῶν ἀβροτῶν οἰχόμενον εἰ μηδέποτε νοστήσει πάλιν: pro, δεινόν γε εἰ μὴ νοστήσει πάλιν ὁ κήρυξ ὁ τῶν ἀβροτῶν οἰχόμενος. id est: Quàm graue, præconem ad mortales profectum, si nunquam redibit rursus: pro, nisi redibit rursus præco ad mortales profectus, &c.

Rectus pro obliquo.

Est Atticum igitur, omnino uti recto pro obliquo. ut, Aristoph. εἴ τις προσφάζας κλεόκριτον κινησίᾳ: pro, τινὸς προσφάσαντος. si quis alis coniungens Cleocritum Cinesiæ: pro, si aliquo alis cõiungente, &c.

Nominatiuus & Accusatiuus pro genitiuo.

Eorundem proprium est, uti pro genitiuo, uel nominatiuo, uel accusatiuo. ut Aristophanes: ἀρρηθὲν δ' αὐταῖς ἀπαντᾶν ἐνθάδε βουλευσομέναισιν, & cætera. pro ἀρρηθέντος, uel ῥηθέντος. dictum uerò ipsis occurrere huc consulturis: pro, dicto. Thucydides: κυρωθὲν δὲ οὐδὲν ὅτι ἐχρῆν ὁρμᾶσθαι: pro, κυρωθέντος οὐδενός. Sancitum autem nihil, quando oportet ingruere: pro, sancito nihilo. Idem: οἱ δὲ ἀθηναῖοι οὐ πολὺ ὕστερον καταπλεύσαντες ὡς ἑώρων ἀπήγγειλαν οἱ στρατηγοί: pro, τῶν ἀθηναίων καταπλευσάντων. Athenienses autem non multo pòst deuecti, sicut uidebant, annunciauere prætores. pro, Atheniensibus deuectis. Homerus: οἱ δὲ δύω σκόπελοι, ὁ μὲν οὐρανὸν εὐρὺν ἀμφὶς ἱκάνει, & cætera. pro, τῶν δὲ δύο σκοπέλων. Duo scopuli, alius ad cœlum latum peruenit: pro, duorum scopulorum. Et accusatiuo, Thucydides: ἀλλήλοις γὰρ ἅπαντες οἱ τοῦ δήμου ὑπόπτως προσῄεσαν ὡς μετέχοντά τινα τῶν γιγνομένων: pro, μετέχοντός τινος. inter se etenim omnes plebeij suspectè accedebant tanquam participem aliquem gestorum, pro tanquam participe aliquo gestarum rerum, &c.

Nominatiuus pro uocatiuo. Vocatiuus pro nominatiuo.

Assumunt postremo nominatiuos pro uocatiuis, & contrà uocatiuos pro nominatiuis, ut dictum paulo antè.

Appendix.

Nominatiuos & accusatiuos efferunt æqualiter, & tanquam pro uno casu. ut: ὦ οὗτος αἴας δεύτερόν σε προσφωνῶ. ô tu Aiax secundum te appello: pro, ô te Aiacem secundum appello, & cætera.

Appen-

Appendix secunda.

Attici pluralia pronunciant numero singulari. ut, si dicendū est λακεδαιμονίους, Lacedæmonios, dicunt, τὸν λακεδαίμονα, Lacedæmonem, in singulari numero. ut, Dem. ἀλλὰ μὴν τόν γε παίονα. pro, τοὺς παίονας. Sed tamen Pæonem: pro, Pæonas. Item, λέγω τὸν αὐτὸν λακεδαίμονα: pro, περὶ τῶν αὐτῶν λακεδαιμονίων. Dico hunc Lacedæmonem: pro, his Lacedæmonijs.

Appendix tertia.

Sunt non solum nomina, sed aliæ orationis etiā partes, quas sæpissime ornatus gratia inserunt. Est enim hoc Atticorum officium non minimum, ut uel addant etiam superflua, uel demant etiam necessaria, modò orationem hoc modo possint efficere elegantem, ac auribus iucundè sonantem. reperientur itaque apud Atticos semper quæ planè abundant, & ad sententiam ipsam nil conferunt: qualia sunt, τὶς aliquis, uel aliqua, τὶ aliquid, περ, γὲ, τὲ, δὴ, ὡς & similia. Lucian. πρὸς δὴ ταῦτ' ἔφην, ad hoc igitur ego respondi. Hinc ὅπωστι pro ὅπως. ut, χθὲσ ὄντι, pro χθὲσ ὂν sermè, &c. Item χολῆ γε pro χολῆ, multo minus, nullatenus.

VERBI SYNTAXIS.

Nominatiuus cum uerbo. Regula prima.

Nominatiuus pluralis neutri generis construitur Atticis perpetuò cum uerbo singulari. ut, ζῶα τρέχει: pro, τρέχουσι, animalia currit: pro, currunt. ταῦτί ἐστι μέτρα: pro, εἰσί, hæc est carmina: pro, sunt. & alia omnia neutra sic se habent.

Hoc modo iunguntur & neutra pluralia cum participijs singularibus impersonalium uerborum. ut Plato: δόξαν δ᾽ ἡμῖν ταῦτα: pro, δόξαντα δὲ ἡμῖν ταῦτα, conueniens autem nobis ea: pro, conuenientia, uel cum conuenissent ea inter nos.

Regula secunda.

Nomina collectiua, quæ numero in singulari notant rei multitudinem ac numerum pluralem, pluralibus uerbis adiunguntur Atticè. ut: δῆμος εἶπον: pro, δῆμος εἶπε. populus dixerunt: pro, populus dixit. Sed de hoc etiam suprà.

Antiptosis.

Genitiuus pro nominatiuo. Ponitur quandoque genitiuus nominatiui uice ante uerbū: dicitur enim Atticè, εἴθε μοι τούτου τοῦ ἀγαθοῦ γένοιτο νῦν. pro τοῦτο τὸ ἀγαθόν. utinam illius boni mihi nūc fiat: pro, illud bonum. Tale

est

est & Ciceronis illud: Cùm illius temporis mihi in mentem uenit. pro, Illud tempus. est enim idem Græcismus.

Item, loco nominatiui, quem post se habet uerbum substantiuum, semper licitum est Atticis ponere genitiuum pluralem. ut, ἐκεῖνος ὑπάρχει τῶν δικαίων: pro, δίκαιος. iste est iustorum, pro, Iustus. ἐστὶ τῶν εὐγενῶν: pro, ἐστὶ εὐγενής, est nobilium: pro, est nobilis. ἦσαν συμμαχούντων, pro, ἦσαν συμμαχοῦντες, auxiliãtium erant, pro, auxiliantes erant. & alia plurima.

Datiuus cum uerbo.

Regula.

Verba imperandi apud Atticos gaudent datiuis. ut, κατάκυριεύω σοι, dominor tibi. Sic ἄρχω, impero, βασιλεύω idem, κυριεύω dominor, τυραννῶ idem, κρατῶ idem, &c.

Accusatiuus cum uerbo.

Regula 1.

Quoduis uerbum admittit Atticè accusatiuum nominis, quod deductũ est ab eo uerbo, uel à quo ipsum deductũ est uerbum. ut, λέγω λόγον, dico dictionẽ. μάχομαι μάχην, pugno pugnã. ζῶ ζωήν, uiuo uitam. δουλεύω δουλείαν, seruio seruitutem. Sic λῆρον ληρεῖς, nugas nugaris. ὕβριν ὑβρίζεις, contumeliam contumeliaris. φυγὴν φεύγεις, fugam fugis. & his similia Atticis sunt usitatissima.

Regula 2.

Omnia sentiendi uerba cum accusatiuo cõstruunt. ut Dem: ἀκούσατε ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι τὸ ψήφισμα: pro, τοῦ ψηφίσματος. audite uiri Athenienses decretum, &c.

Regula 3.

Vsurpant accusatiuum loco datiui, ubi significant bene aut malè fieri cuipiam. ut Matth. τί οὖν ποιήσω ἰησοῦν; pro ἰησοῦ. quid igitur faciam Iesum? pro, Iesu. Sic οἷά με ποιεῖς: pro, ἐμοί. Qualia me facis: pro, mihi. ποιῶ σε ἀγαθόν, pro ποιῶ σοι, facio te bonum, pro facio tibi bonũ. Et δρῶ σε τόδε, pro δρῶ σοι τόδε. facio te hoc, pro facio tibi hoc, &c.

Accusatiuus pro datiuo.

Eodem modo in uoce passiua loquũtur. uertunt enim hosce accusatiuos in nominatiuos. & ut dicunt actiuè, εὖ ποιῶ σε, bene facio te: sic passiuè, εὖ ποιηθήσῃ σὺ πρὸς ἐμοῦ, bene fies tu à me: id est, bene fiet tibi à me. Sic εὐαγγελίζω πτωχούς, pro πτωχοῖς, annun-

cio Euangelium pauperes: pro, pauperibus. Et, εὐαγγελίζονται οἱ πτωχοί. annunciantur Euangelium pauperes: pro, pauperibus Euangelium annunciatur: Matth.

Antiptôsis.

Accusatiuus pro genitiuo. Accusatiuum ponunt pro genitiuo, ut & diximus suprà. ἀποστερῶ σε τὰ χρήματα, pro χρημάτων: priuo te pecunias, pro pecunijs.

Genitiuus pro accusatiuo. Contrà pro accusatiuo genitiuum, τοῦ αἵματος ἀπεψῶσε: pro, τὸ αἷμα ἀπεψῶσε, sanguinis cum abstersisset: pro, sanguinem cum abstersisset, &c. sed de hac Antiptôsi plura in nomine habes. Verùm in hac casus diuersitate, plerunque subauditur alius casus, quem ipsa requirit oratio. ut, μὴ ἔχει χρημάτων: pro, χρήματα. non habet pecuniarum: pro, pecunias, subintelligetur hic, μηδὲ ἓν ἔχει χρημάτων, nihil habet pecuniarum, &c.

ἀγαπῶ.

Ἀγαπῶ, id est, boni consulo, cōtentus sum, construitur Atticis cum datiuo, & accusatiuo. ut, ἀγαπῶ τῇ κρίσει, & ἀγαπῶ τὴν κρίσιν, contentus sum iudicio.

DE CONSTRVCTIONE IVXTA DIVERSITATEM GENERUM.

1. Regula.

Passiua pro actiuis. Semper passiuis uerbis utuntur pro actiuis, & eis adiungunt actiuorum constructionem. ut, γράφομαι pro γράφω, scribo. ποιοῦμαι pro ποιῶ, facio, & cętera. Sic participijs passiuis pro actiuis. λοιδορούμενος pro λοιδορῶν improbans. φαινόμενος pro φαίνων indicans. φαινακιζόμενος, pro φαινακίζων fucans. γραφόμενος, pro γράφων scribens. διακονούμενος, pro διακονῶν ministrans. διαβαλλόμενος, pro διαβάλλων calumnians. μισούμενος, pro μισῶν odio habens, & sic alia omnia. exempli gratia, οὓς εἰς τὰς ἀκροπόλεις πέπεινται, pro πέπεικασι, quos in arces admiserunt. Et, τὸν εἰς τὰς δεινοτάτας ἀτυχίας ἐμβεβλημένον τὴν πόλιν: pro, ἐμβεβληκότα τὴν πόλιν. qui ciuitatem in grauissima infortunia coniecit, &c.

2 Regula.

Actiua pro passiuis. Interdum & actiua ponunt pro passiuis, quibus, & eorundem adhibent constructionem. ut, πολιτεύω, pro πολιτεύομαι,

in re-

in republica uersor. γράφω, pro γράφομαι, reus agor scriptis. ἀπαλλάττω, pro ἀπαλλάττομαι, liberor. ἀναλαμβάνω recreor, & similia. dicunt ergo, ἀπαλλάττω ὑπό σου: pro, ἀπαλλάττομαι ὑπό σου, liberor abs te, &c.

3. Regula.

Verbis neutris, licet absolutis, utuntur pro passiuis, & eorundem illis attribuunt constructionem. ut, ἀποθνήσκω ὑπὸ τῶν δικαστῶν, interimor à iudicibus, uel opera iudicum. τελευτήσας ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν, interfectus ab hostibus, &c. Neutra pro passiuis.

Enallage modorum.

Imperatiuis utuntur pro subiunctiuis abnegatiuis, & ipsis imperatiuis pro indicatiuis. ut, Aristoph. μὴ ψεῦσον, ὦ Ζεῦ, τῆς ἐπιούσης ἐλπίδος: pro, ψεύσῃς. ne frustrare, ô Iupiter, subeunte spe. pro, ne frustreris. Et Menander: οἶδ' ὅτι ποίησον: pro, ποιήσεις. scio quod fac: pro, quod facies. Sic Eurip. οἶσθ' ὃν ὁ δράσων. pro, δράσεις, nosti in igitur quod fac, pro facies. Imperatiui pro subiunct. & indicat.

Imperatiui sæpius apud Atticos omittuntur κατ' ἔλλειψιν. ut, Aristoph. ὦ Ζεῦ διόπτα καὶ κατόπτα πανταχῆ, σκευάσασθαι μ' οἷον ἀθλιώτατον, ubi deest ποίησον: id est, ô Iupiter perspector & inspector omni ex parte, apparari, méque miserrimum: supple, fac. Notio.

Optatiuos usurpant pro indicatiuis, id quod ualde elegans est. ut, Thucydides, τὰ σκάφη μὲν οὐχ εἷλκον ἀναδούμενοι τῶν νεῶν, ἃς καταδύσειαν. pro, κατέδυον, scaphas autem non trahebant, alligantes nauibus quas submersissent. pro, submerserunt. Plato, ἔλεγες γάρ, ὅτι ὁ Ζεὺς τὴν δικαιοσύνην, καὶ τὴν αἰδῶ, πέμψαι τοῖς ἀνθρώποις. ubi πέμψαι dixit pro ἔπεμψε. dicebas enim, quod Iupiter iustitiam, atque pudorem, misisset hominibus: pro, misit. Hæc locutio plerunque fit, si ponatur optatiuus post ὅτι quod, ὅσπερ qui, ὃς qui, ὅσοι quicunque, ὅτε cum, & ὡς sic. ut, ὃς τοὺς ἄνδρας κατακρημνίσειε. pro, κατεκεκρημνίκει. qui uiros præcipitauisset. pro, præcipitauerat. Optatiuus pro indic.

Accipiunt eosdem optatiuos pro subiunctiuis. ut, ἐὰν ἔλθοις. pro, ἐὰν ἔλθῃς, si uenires. pro, si uenias. Optat. pro subiunctiuo

Μέλλω.

Μέλλω cum infinitiuo præsenti, uel futuro accipiunt semper pro futuro. ut, μέλλω δρᾶν, uel μέλλω δράσειν: pro, δράσω, faciam, uel sum facturus.

Appendix.

Sunt non pauca uerba, quæ apud Atticos in oratione planè abundant, & gratia ponuntur ornatus. ut, φέρω fero, ἔχω habeo, εἰμὶ sum, φημὶ dico, εἰπεῖν, &c. Thucyd. καὶ τὸ μὲν ἐπ᾽ ἐκείνοις εἶναι, καὶ ἄκριτοι καὶ βιαιότεροι ἀπεθνῄσκοιεν. & quantum in illis erat, & indemnati, & coactiores morerentur. Hic εἶναι non uerè ad sententiam confert. idem enim esset dicere, τὸ μὲν ἐπ᾽ ἐκείνοις. Halacar. ἵνα δὲ μὴ δόξω, φασὶν, ἀναπόδεικτα λέγειν. ne autem uidear, aiunt, incredibilia narrare. ubi φασὶν positũ est ad ornatũ, non sententiæ necessitatem. Item, ἐν τῷ νῦν εἶναι, pro ἐν τῷ νῦν, in præsentiarum. ἑκὼν εἶναι, pro ἑκὼν uoluntarius. ἔφη φάσκων, & ἔφη εἰπεῖν, pro pro ἔφη dixit. οὐκ οἴει ἀναγκασθήσεσθαι, non ne cogetur. ex his ac similibus si tollas uerba ea ex abundante apposita, manebit eadem sententia.

Appendix 2.

Singularia uerba pro pluralibus. Verbis singularibus utuntur frequenter loco pluralium. ut, ἐὰν ἀπονεάσῃ, pro ἀπονεάσωνται. & ὅπως ἐμέσῃ, pro ἐμέσωνται, ut euomant, & cætera. Hoc singulare est eis, dicere, pro εἰπὲ περὶ τοῦδε, dic de hoc, εἰπὲ τόνδε dic hunc. Aristoph. ἀλλὰ νῦν λέγε, εἴ σοι δοκεῖ, τὸν λακεδαίμονα αὐτὸν, ὅτῳ τρόπῳ σοι φίλον. pro περὶ τῶν λακεδαιμονίων αὐτῶν, &c. sed iam dic, si tibi uidetur, Lacedæmonem ipsum, quomodo tibi amicum. pro, de Lacedæmonijs ipsis. & sic alia huius formæ enunciant.

PARTICIPII CONSRVCTIO.

Regula 1.

PRo genitiuo absoluto ponunt Attici accusatiuum absolutum, & ferè cum ὡς, ὥσπερ, & ὅπως. ut, Dem. ταῦτα ἐγνωκότας ὑμᾶς, καὶ πάντα συνθυμημένους, &c. pro ταῦτα ἐγνωκότων ὑμῶν, &c. ista scientibus uobis, & omnia perpendentibus, &c. Et ὡς τὸν ἄνδρα τοῦτο ποιήσαντα, pro, τοῦ ἀνδρὸς τοῦτο ποιήσαντος. uiro hoc faciente. Xenoph. ὅπως εἰληφότας τοξότας: pro, εἰληφότων τῶν τοξοτῶν. capientibus sagittarijs.

Et

Et hoc frequentius fit in participijs impersonalium, per omnia tempora, ueluti sunt, δέον, necessum, δοκοῦν apparens, & δόξαν uisum, πρέπον conueniens, συμβάν contingens, &c. Thucyd. ὡς οὐ μετὸν αὐτοῖς, quasi non deceat illos. Idem, ἄδηλον ὄν, cum incertum sit. ἀκουσθέν αὐτῷ, pro ἀκούσαντος αὐτοῦ, ubi ipse audisset. ὡς μηδὲν αὐτῷ διαφέρον, tanquam nihil eius intersit. δόξαν ἐμοὶ γράψαι, ubi statutum esset mihi scribere, &c. uide lib. 1. quoque de his.

2. Regula.

Pro participijs utuntur uerbis, & è conuerso pro uerbis participijs quoque. ut, Thucyd. ὁ δὲ χρηματίζεται ἀφείς. pro, ὁ δὲ ἀφῆκε χρηματισάμενος, ille colligeret pecuniam dimittens: pro, ille dimisit collecta pecunia. Item, οὗτος δὲ ἦν ὁ διοικῶν πάντα ταῦτα, hic est qui omnia administrabat. τίς ὁ φρενιτίσας ταῦτα; quis commentus est hæc? Εὕρισκον οὐδαμῶς ἂν ἄλλως διαπραξάμενος τοῦτο: pro, διαπράξασθαι. reperiebam nulla alia ratione me posse perficere istud. Matth. εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα, pro ἔχειν, reperta est habens in utero: pro habere, seu grauida esse.

Pro participijs uerbis: & pro uerbis participia.

3 Regula.

Vsurpantur participia pro nominibus apud Atticos: & tūc nominum obtinent constructionem, non participiorum. ut, Aristoph. εἴπω τι τῶν εἰωθότων ὦ δέσποτα: pro, τῶν ἐθίμων, dicam aliquid ex consuetis, ô here. Et Hom. τὸν δ᾽ αὖ Τηλέμαχος πεπνυμένος ἀντίον ηὔδα. pro, πινυτός. Hunc autem rursus Telemachus cordatus uicissim est affatus. pro, prudens. Sic τὸ καθῆκόν σου, officium tuum, &c.

Participiá pro nominibus.

Appendix.

Vtuntur participijs in omnibus temporibus, ac modis, adiunctis his uerbis: τυγχάνω sum, εἰμὶ idem, ὑπάρχω existo. ut, τίς σὺ τυγχάνεις ὤν, quis tu es. ἀπεκτανὼς εἶ τὸν ἄνθρωπον, interfecit hominem. πεποιηκὼς ἔσομαι, fecero. οὐκ ἐσμὲν δυνάμενοι, non possumus. Halacar. κἀγὼ τυγχάνω φρονῶν, & ego sapio. Idem, ἐν ᾗ ποτ᾽ ἂν ἡλικίᾳ τυγχάνωσιν ὄντες, in qua ætate cum sint. & sic alia innumera apud Atticos reperias autores, qui semper prædictis illis uerbis adiungunt participia cuiuscunque fuerint generis, uel temporis.

Appendix secunda.

Ponũtur apud Atticos participia superuacuè.nam ijs subla tis,manet eadem sententia integra.ut, Dem.ὁ μὲν οὖν παρὼν καιρὸς,ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι,μονονουχὶ λέγει φωνὴν ἀφιείς.dempto φωνὴν ἀφιείς, idem sonat.præsens itaque occasio,uiri Athenienses,fer mè dicit,uocem emittens. Gregorius: ὧδε μόνγε κλήρῳ φέροντες ἑαυτοὺς ἐγκατέλεξαν, nomina inter clericos dare cœperunt,aufer φέροντες, manet idem sensus uerborum. Sic Chrysostomus, ὀφθαλμοὺς φέρων ἐγκατέθηκεν, oculos imposuit, significat, non considerato φέρων. Et ᾠχόμην ἀπιὼν,pro ᾠχόμην, profectus eram.ληρεῖς ἔχων, pro ληρεῖς,nugaris habens,pro nugaris. παίζεις ἔχων,pro παίζεις ludis. τονυῦ ἔχειν pro τονυῦ nunc. μαθὼν ἔχω,pro ἔμαθον didici.συλλαβὼν ἔχω,pro συνέλαβον comprehendi.ἔφθην ποιήσας,pro ἐποίησα feci.ἐφθάκειν πυθόμενος, audieram. τυγχάνω ὢν, pro τυγχάνω seu εἰμὶ sum. διατελῶ ποιῶν,pro ποιῶ,perficio faciens,pro facio,& alia centum.

PRONOMINIS CONSTRVCTIO.

1. Regula.

Composita pro simplicib. & simplicia pro compositis.

COmposita pronomina capiunt Attici pro simplicibus, & uicissim simplicia, pro compositis. ut, ἡμάρτανε ἐπ' αὐτόν, pro, ἐφ' ἑαυτόν, peccauit in se,pro,in seipsum. Et,ἔξεστιν αὐτῷ ποιεῖν. pro αὐτῷ. licet sibi ipsi facere.pro,ipsi uel illi.

ARTICVLI CONSTRVCTIO.

1. Regula.

REperiuntur sæpe apud Atticos articuli sine suo nomine, & tunc subauditur nomen aliquod commodum, seu participium.ut, Matth. ἰάκωβον τὸν τοῦ ζεβεδαίου. subaudito υἱὸν τοῦ ζεβεδαίου. Iacobum Zebedæi. pro, filium Zebedæi. Sic τὰ θαλάττης,pro τὰ ὄντα θαλάττης , maris. pro, existentia maris,& cætera.

2. Regula.

Apud eos sæpe abundant articuli, præsertim ante nomina numeralia,ac superlatiua. ut, ἐλπίδα ἔχω οὐδὲ τὴν ἐλαχίστην, pro ἐλαχίστην, spem habeo non minimam. τὰ ὀκτωκαίδεκα ἔτη, pro ὀκτωκαίδεκα,octodecim anni. & ὁ παῖς ὁ βδελυρώτατος, pro ὁ παῖς

πάντων βδελυρώτατος, omnium odiosissimus, &c. Articulos autem ideo sæpe in oratione repetunt, quòd efficiant orationis phrasim uenustiorem. Demosthenes, πρὸς μὲν τὸ τὰ τοῦ πολέμου ταχὺ καὶ κατὰ καιρὸν πράττεσθαι, πολλῷ προέχει: ad ea sanè quæ spectant ad bellum, citò ac opportunè peragēda, multum momenti habet.

3. Regula.

Atticorum est & omittere articulum, id quod faciunt frequenter in nominibus proprijs. ut, οὕτω δυνατός ἐστιν, ὥστε καὶ ἀκοντιστοῦ ὑπερέχειν: pro, ὥστε καὶ τοῦ ἀκοντιστοῦ ὑπερέχειν. tam potens est, ut præstet iaculatorem. Et Φίλιππός ἐστιν, pro ὁ Φίλιππός ἐστιν, Philippus est. Et in participijs. ut, διὰ τί ἧττον μεθύσκονται ταῖς μεγάλαις κωθωνιζόμενοι, pro οἱ κωθωνιζόμενοι. Cur minus inebriantur poculis, multum & liberaliter potantes: pro, qui potant.

Notandum ergo, quòd quandoque non omittant articulos, sed singulis dictionibus suos sæpe adiungant, & quandoque omittant prorsus, quandoque tantum ex parte aliquem reijciant, sicutque orationis splendor postulat, ita articulum usurpent.

4 Regula.

Attici iungunt articulum pluralem cum περὶ, uel ἀμφὶ, uel simili præpositione, & nomine præterea proprio: quod idem ualet, quod nomen proprium solum. ut, Chrysostomus: οἱ περὶ παῦλον καὶ πέτρον. pro, παῦλος καὶ πέτρος, Paulus & Petrus: εἰς τοὺς ἀμφὶ τὸν ζήνωνα, pro εἰς τὸν ζήνωνα, ad Zenonem. Dicunt ergo &, οἱ ἀμφὶ Σωκράτην ἔλεγε, Socrates dicebat, singulari uerbo cum plurali articulo: & οἱ ἀμφὶ Σωκράτην ἔλεγον, Socrates dicebat, sed plurali uerbo.

5 Regula.

Articulus subiunctiuus seu relatiuus ponitur apud Atticos in eodem casu cum antecedente nomine. hoc est, non conuenit cum casu, quem postulat subsequens uerbum, sed quem exigit præcedens. ut D. Halacar. καὶ διὰ τίνων θεωρημάτων τυγχάνοι τις ἂν ὧν βούλεται, pro ἃ βούλεται, & quibus præceptis potest quis consequi, quibus uult, pro quæ uult.

Item,

Item, ἀπολαύω, ὧν ἔχω, ἀγαθῶν, pro ἃ ἔχω, fruor bonis, quibus habeo. pro, quæ habeo, ἐκ τῶν ἐπιστολῶν, ὧν ἐπεμψε. pro, ἃς. ex epistolis quibus misit, pro, quas misit. His similia sunt, ἀνδρὶ οἵῳ σοι, uiro quali tibi. &, ἄνδρα οἷόν σε uirum qualem te. Tale est & Terentianum illud, Populo ut placerent, quas fecisset fabulas, & cætera.

Regula ultima.

Ponunt etiam articulum subiunctiuum sine suo antecedente. ut, ὧν ἔπαθον ὀργὴν ἔχει. pro, ἐκ τούτων, ἃ ἔπαθον ὀργὴν ἔχει, quorum passus est iram habet. pro ex ijs quæ est passus, iram concepit. ἐξ ὧν ἐπεμψας ἐπιστολῶν, ἔμαθον. pro, ἐκ τούτων, ἃς ἐπεμψας, ἐπιστολῶν, ex quibus misisti epistolis, intellexi. pro, ex ijs quas misisti, epistolis, &c. Paulus, μή τις εἰς ἐμὲ λογίσηται, ὑπὲρ ὃ βλέπει με. pro, τοῦτο λογίσηται, ὑπὲρ ὃ, &c. ne quis existimet, supra id quod uidet esse me, &c. Sic Cicero, Nullas enim adhuc acceperam, præter quæ mihi bine semel in Trebulano fint redditæ: pro, præter eas quę mihi, &c.

PRAEPOSITIONVM CONSTRVCTIO.

De ἐν & εἰς.

Atticum est construere ἐν & εἰς cum genitiuo. ut, ἐν ᾅδου, & εἰς ᾅδου in orci, & ad orci. εἰς διδασκάλου, ad præceptoris, &c. Putant quidam in huiusmodi esse ἔλλειψιν, & subaudiri casum aliquem, quem oratio postulat. ut hic, ἐν ᾅδου, dicitur pro ἐν ᾅδου τόπῳ, in orci loco: & ἐν διδασκάλου, pro ἐν διδασκάλου οἴκῳ, in pręceptoris domo, &c.

ΕΙ Σ.

ἐς pro εἰς. Pro εἰς utuntur Attici semper ἐς cum ijsdem casibus. ut, ἐς χρύσαν, pro εἰς χρύσαν, ad Chrysan. ἐς πατρίδα, in patriam, & sic in alijs semper. Sic in compositione, pro εἰσβάλλω, dicunt ἐσβάλλω, inijcio, &c.

ΠΡΟΣ.

ὡς pro πρὸς Pro πρὸς usurpant semper ὡς, adiunguntque ei eos casus quos recipit πρὸς præpositio communis. ut, ὡς τὸν θεόν, pro πρὸς τὸν θεόν ad Deum. ὡς τὸν διδάσκαλον. pro, πρὸς τὸν διδάσκαλον, ad præceptorem. Sic Terent. Vbi ad Dianæ perueneris.

Appendix.

Præpositio autem πρὸς Atticis abundare in oratione consueuit

sueuit.ut, Thucydid. καὶ πρὸς αὐτῶν τῶν ἀθηναίων ἐγένετο, pro αὐτῶν τῶν ἀθηναίων, & de ipsis Atheniensibus fuit. pro, ipsorum Atheniensium fuit. Aphthonius: τοιαῦται γὰρ ἀρεταὶ πρὸς βίαν ἔχουσι κτώμεναι. pro, βίαν. huiusmodi enim uirtutes ad uim habent dum comparantur. pro, uim habent, &c.

ΕΠΙ.

Ἐπὶ cum genitiuo significat quoque Atticis motum ad locum. ut, ἐπὶ τοῦ οἴκου in domum. ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς, in forum, & similia.

ADVERBIORVM CONSTRVCTIO.

Localia.

Aduerbia, quæ desinunt in σι, quietem significant Atticis in loco. ut, ἀθήνησι σοφιστεύω. pro, ἐν ἀθήναις. Athenis doceo: pro, in Athenis. Quæ uerò in θεν exeunt, de loco motum significant. ut, ἔρχομαι ἀθήνηθεν, ἀγρόθεν, pro ἐξ ἀθηνῶν, ἐξ ἀγροῦ: uenio Athenis, ex agro. pro, ex Athenis, ex agro. Et quæ in ζε uel σε, notant motum ad locum. ut, ἀθήναζε, uel ἀθήναδε πορεύομαι; pro εἰς ἀθήνας, Athenas eo. pro, ad Athenas. Sic dicunt οἴκαδε pro εἰς οἶκον, in domum. οἴκοθεν, pro ἐξ οἴκου, ex domo. οἴκοι, pro ἐν οἴκῳ, in domo.

Appendix.

Aduerbia localia confunduntur apud Atticos, ita ut quæ significant ad locum, ponãtur pro significantibus in loco: & contrà, quæ in loco significant, pro ijs ponantur, quæ ad locum denotant. ut, ἔνδον intus, pro ἔσω intrò. ἔνδοθεν extra. pro ἔνδον intus. & ἔσω pro ἔνδον rursum capiunt.

Appendix secunda.

Addunt aliquando de loco aduerbijs ἐξ præpositionem per abundantiam. ut, ἐξ ἐμέθεν, pro ἐμέθεν, ex me. ἐξ οὐρανόθεν, pro οὐρανόθεν, ex cœlo, pro cœlitùs.

Regula.

Aduerbia qualitatis in ως terminant in ον, utuntur enim frequentissimè nominibus neutris tam singularibus, quàm pluralibus pro aduerbijs. ut, δέον decẽs, pro δεόντως decenter. πρέπον decens, pro πρεπόντως decenter. δεινὸν, uel δεινὰ ποιεῖν, pro δεινῶς, graue & grauia ferre, pro grauiter. Polymnia, δεινότερα ἐποίει, pro δεινοτέρως, grauiora tulit, pro grauius. Lucian.

ἐφθέγγετο τὸ συγκεχυμένον τι, καὶ συνεχὲς, καὶ ἐπίτροχον: pro, συγκεχυμένως, συνεχῶς, & ἐπιτρόχως, loquebatur confusum, & indistinctum, ac festiuū. pro, confusè, indistinctè, & festiuè. Demosth. μεγάλη γὰρ ῥοπὴ, μᾶλλον δὲ ὅλον: pro, ὅλως. magnum enim est momentum, imò potius uerò totum: pro, omnino. Alcestis, τί σεμνὸν ὄμμα φροντικὸς βλέπεις; pro, σεμνῶς, & φροντικῶς, cur seuerum & solicitū uides? pro seuerè, & solicitè. Sic πολλὰ multa, pro πολλῶς multū. μεγάλα magnificè, ὁπότερα utrūlibet, κεχαρισμενώτατα gratissimè, τὰ πρῶτα primum. τὰ τελευταῖα postremò, &c.

2. Regula.

Duę negationes apud Atticos affirmant. ut, Aristoph. οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐκ ἐξελῶ σ' ἐκ τῆς οἰκίας: nullo modo nō eijciā domo. hoc est, omnino eijciam. Thucyd. ξύμμαχοι μέντοι ἐγενόμεθα οὐκ ἐπὶ καταδουλώσει τῶν Ἑλλήνων. pro, ἐλευθερίᾳ. Socij tamen fuimus non ad seruitutem Grecorum. pro, ad libertatem. tametsi enim hic una est negatio οὐκ, attamen καταδούλωσις quodāmodo est negatio, propterea quod est priuatio τῆς ἐλευθερίας libertatis, & cōtraria libertatis dignitati. Sic Hom. ἐπεὶ οὐ μὰν ἀφαυρότατος βάλ' Ἀχαιῶν: pro, ἀνδρεῖος. quoniam ipsum non uilissimus uulnerauit Achiuorum. pro fortis, &c.

Negatio abundat. Fit etiam ex negationis abundātia, quod Attici addunt negationē uerbis, quæ sunt per se negatiua, ut sunt, ἀπαγορεύω interdico, κωλύω prohibeo, ἀρνοῦμαι nego, ἐπέχω inhibeo, & similia. κωλῦσαι μὴ ἐξάγειν, pro κωλῦσαι ἐξάγειν, prohibere nō educere. pro, prohibere educere, &c.

Itē, οὐ negatio apud eos sępe abundat. ut, ὠμὸν τὸ βούλευμα καὶ μέγα, πόλιν ὅλην διαφθεῖραι, ἢ οὐ τοὺς αἰτίους. pro, ἢ τοὺς αἰτίους. Crudū cōsilium & magnū, ciuitatem nouā perdere, uel nō autores: pro, potius quàm autores. Hom. οὐ μὰ γὰρ Ἀπόλλωνα Διὶ φίλον, nō non per Apollinem Ioui charum. pro, non per. Idem, μή νύ τοι οὐ χραίσμῃ σκῆπτρον, & ne tibi non prosit sceptrum.

Itē, in sermone quotidiano sæpe superfluis negationib. Atticè uti est cōcessum. ut, ἀπαγορεύω σοι μὴ ποιεῖν. pro, ἀπαγορεύω σοι ποιεῖν, interdico tibi nō facere: pro interdico tibi facere. Theolog. καὶ ὃν οὐ προδώσομεν, οὐδὲ καθυβρίσομεν, οὐ μὰ τοὺς ὑπὲρ ἀρετῆς τοῦ ἀνδρὸς ἀγῶνας, καὶ τὰ παλαίσματα: & quem non prodemus, ne cōtumelia quidē afficiemus, nō per uiri de uirtute certamina & luctas:

οὐ γὰρ

οὐ γὰρ ἀλλὰ, ex abūdantia negationis capitur Atticis. pro καὶ γὰρ etenim. ut, Aristoph. μὴ σκῶπτε, οὐ γὰρ ἀλλ' ἔχω κακῶς: ne cauillare, etenim malè habeo.

Sic οὐδὲ πολλοῦ δεῖ, nequaquam multum abest, negationē recipit ornatus gratia.

οὐδέν τι μᾶλλον, capiūt pro οὐδαμῶς, uel nihilo magis. ut, ἐγὼ μὲν εἰδὼς, οὐδέν τι μᾶλλον ἠπιστάμην γράμματα: hoc cum nouissem, nequaquam, uel nihilo magis nouissem literas.

Appendix.

Composita ex negatione & nomine numerali dissoluūt, uel per τμῆσιν. ut, οὐδὲ εἷς, pro οὐδείς, nullus. οὐδὲ ἕν, pro οὐδέν, nullū. μηδ' ἂν μία, pro μηδεμία ἄν, nulla. Thucyd. ἕν τε οὐδὲ ἓν κατέστη ἴαμα ὡς εἰπεῖν. pro οὐδέν: unumq; nō quicq; constitutū est remediū, ut sic dixerim.

Appendix secunda.

Quemadmodū abundat negatio Atticis, ita etiam sæpe apud eos deest, ac subaudit. ut Demost. πρὸς ἓν οὐδ' ὁτιοῦν τούτων ἀπολογήσεται. pro, πρὸς οὐδὲν οὐδ' ὁτιοῦν ἀπολογήσεται, ad unū nequicq; horum defendet. pro, ad nullum necquicquam respondebit.

ὥστε aduerbium digressiuum construit Atticis cum Indicatiuo. ut, ὥστε λέγει, itaq; dicit, &c. *ὥστε.*

CONIVNCTIONVM CONSTRVCTIO.

A N.

Coniunctionem ἂν sæpe in eodem membro repetere, Atticum est. de quo exempla sunt plurima apud Platonem & Aristophanem. ut, ἡ δὲ Ἑλλὰς ἂν ἐξερημωθεῖσ' ἂν ἡμᾶς ἔλαθεν, Græcia desolata nos fefellisset. Aristoph. ἥκιστ' ἂν ἔχοι τις ἂν δίκαιον ἀντειπεῖν ἔτι, quia iustum posset quispiam adhuc contradicere, in quibus exemplis alterum ἂν abundat semper.

Pro ἂν utuntur etiam κεν more antiquo. ut D. Halicar. πᾶν, ὅ τι κεν ἐπ' ἀκαιρίαν γλῶσσαν ἔπος ἔλθῃ, λέγειν. ubi κεν pro ἂν est usus, quicquid in buccam (ut sic uertam) ueniat, dicere. *κεν pro ἄν.*

H H.

Pro δὴ utuntur sæpenumero δέ. ut Thucyd. κεφάλαιον τῆς μάλιστα δὲ ὡς ἐξῆν αὐτοῖς τὸν Ἀλκιβιάδην κατάγουσι, καὶ μὴ τὸν αὐτὸν τρόπον δημοκρατουμένοις βασιλέα τε ξύμμαχον ἔχειν, & Πελοποννησίων τε περιγίγνεσθαι. ubi μάλιστα δὲ, & Πελοποννησίων δὲ, pro δὴ sunt accepta, colligētes tū uel maximè, q; liceret ipsis Alcibiadē dedu- *δὲ pro δή.*

centibus, & non eodem Reipublicę statu degentibus, cum rege socium habere, tum Peloponnesios antè uincere: pro maximè uerò tum, & tum uerò Peloponnesios.

ἥπου χολοῦγε. ἥπου χολοῦγε, pro multo minus capitur Atticis.

Annotatio.

Ponũtur apud Atticos non solum cæteræ orationis partes superfluæ, ac causa ornatus: sed etiam in primis coniunctiones, quas semper inserunt non ad complendam sententiam, sed orationis ornamentum. Sunt enim Attici, præ cęteris linguis, orationis splendidæ, ac bene sonantis studiosissimi: & ut talem efficiant, auferũt semper, atq; addunt in compositione orationis: auferunt autem auribus quę sunt ingrata, addunt ijsdem quæ sunt iucunda. Coniunctiones itaq; expletiuæ, item istæ, γε, οὖν, τε, καὶ, ἄττα, ὅτι, ὡς, eis usurpantur superuacaneæ. ut, Thucyd. οἱ δὲ φόβῳ πολλῷ καὶ περιφοβημένοι τά τε ἐν τῇ πόλει, καὶ τὸν ἀπόπλουν παρεσκευάζοντό τε ἅμα ἑξήκοντα νῆες, illi autem timore multo perterriti, & quę in urbe, & profectionē, apparabantq; simul sexaginta naues. D. Halacar. συντιθέντας εὖ μέτρα τε καὶ λόγους, ἥτε ἡδονὴ καὶ τὸ καλόν, &c. qui composuere bene metraq; & orationes, suauitasq; ac pulchritudo, & alia infinita. Idē, πανταχῆγε, pro πανταχῆ ubiq;. ἡδέωςγε suauiter. ἡδέγε λέξις, pro ἡδὲ λέξις, at dictio. Thucyd. καὶ γὰρ ὡς αὐτοῖς οὐδὲν ἔμελλε χρήσεσθαι, pro αὐτοῖς. etenim ut ipsis nihil erat usurus: pro, ipsis. Aristoph. καὶ ταῦτα μέντοι ταῦτα, atq; hæc quidem sunt eiusmodi.

καὶ sæpius illis geminatũ. ut καὶ μέντοι, καὶ, atq; etiã, καὶ γὰρ καὶ ἐγώ, etenim ego quoq;. καὶ δὴ καὶ, equidem etiã, καίτοι γε, atq; adeò. καὶ γὰρ αὖ καὶ, & rursus etiã. καὶ ἵνα δὴ καὶ, & ut etiã. γε μὴν γε, quin etiã. καὶ ἔγωγε καὶ αὐτὸς & ego ipse. abundat itaq; frequenter Atticis hæc coniunctio.

Appendix.

Sæpius integra sententia superuacua est apud Atticos, non tantùm orationis partes. ut D. Halacar. τι αὖτ' οὖν παρὰ τῷ ποιητῇ μυρία, ὡς, εὖ οἶδ' ὅτι, πάντες οἴσασιν. pro, ὡς πάντες ἴσασιν, huiusmodi sunt apud poetam millia. ut (bene scio quod) omnes norũt. pro, ut omnes norũt. quę sententia εὖ οἶδ' ὅτι, abundat frequẽter apud eos. Sic εὖ ἴσθι, mihi crede. ὡς εἰπεῖν, ut sic dicam. ὡς ἔπος εἰπεῖν, idem. ὡς συνελόντι εἰπεῖν, ut summatim dicam, &c.

Tropi

TROPI ATTICIS PROPRII.

Antiptôsis.

QVando casus pro casu ponitur: de quo iam suprà feci-mus uerba.

Ellipsis.

Cum aliqua orationis pars omittitur, quod Atticis omnino est proprium, ac ualde usitatum, licet etiam reliquis linguis.

Nominis defectus, καθ' ἑκάστην, deest, ἡμέραν. per omnem, supple diem. ἐν βραχεῖ in breui. deest λόγῳ uel καιρῷ, sermone, uel momento. Et, κόπτων ἀμφοτέραισι, incidens ambabus, deest, ταῖς χερσί, manibus. Aristoph. πόθεν βροτός με προσέβαλεν ὦναξ ἡρά-κλεις. deest enim φωνή, uox, uel ὀσμή odor. unde mortalis me percussit, ô rex Hercules: pro, uox mortalis. Item, μὰ τὸν, deest θεόν, per Deum. *Nominis.*

Articuli. φίλιππος, deest ὁ: pro, ὁ φίλιππος, &c. *Articuli.*

Pronominis, ὁρᾷς τὸν ἄνδρα, uides uirum, pro τὸν ἄνδρα τοῦτον, uirum hunc. *Pronominis.*

Verbi. Hom. εἰ δ' ἤδη τεθνᾶσι, καὶ εἰν ἀΐδαο δόμοισι, deest εἰσί. Si autem iam mortui sunt, & in Ditis domibus. scilicet sunt. Verbi notandum, quod subinde uerbum substantiuum εἰμί desit in oratione. D. Halacar. τὸ μὲν δὴ προσθέσεως ὅτος ὁ τρόπος, τὸ δὲ ἀφαιρέσεως τίς; deest bis ἐστί. Et additionis quidem hic modus, (est) ablationis uerò quis? Scilicet est. Et εἰ δ' ἄγε μὴν πείρησαι, deest βούλει, si age fac periculum, pro si uis fac periculum. *Verbi.*

Participij, ut, ἐὰν ἀνάγκην ἔλθῃς ποιεῖν τόδε φίλος, deest ὤν, co-geris facere hoc amicus: deest, cum sis amicus. *Participij.*

Prępositionis, Aristoph. γνώμην ἐμήν, pro κατὰ γνώμην ἐμήν, sententiã meam, pro secundum sententiam meam. Item, ὧν ἔπα-θεν ὀργὴν ἔχει, pro ὑπὲρ ὧν ἔπαθεν, quorum passus est iram habet: pro, pro ijs quæ passus est, & alia infinita exempla, in quibus præpositiones omittuntur frequenter. *Præpositionis.*

Coniunctionis. Demosth. οὐδεὶς πώποτε ἀνθρώπων εὗροι τὸ κατ' ἐμὲ οὐδὲν ἐλλειφθέν, pro, εὕροι ἄν. nemo unquam hominum inuenire posset delictum aliquod in me. & similia. *Coniunctionis.*

Aduerbij, Matth. γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. deest οὕτως, pro οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. fiat uoluntas tua sicut in cœlo, & in terra: pro, ita & in terra. Item, τὸ ἀναιδέας, pro ὦ τὸ ἀναι-

δείας, impudentiam, pro ὁ impudentiam.

Appendix.

Atticorum insuper est, non respondere ad antecedentia, hoc est, non subiungere redditionem, sed supprimere. ut Thucyd. καὶ εἰ μὲν συμβῇ ἡ πεῖρα, εἰ δὲ μὴ μιτυληναίοις εἰπεῖν, ναῦς τε παραδοῦναι, &c. etsi succedat conatus: sin minus, Mitylenæis dicere, nauesque tradere, &c. pro καὶ εἰ μὲν συμβῇ ἡ πεῖρα, καλῶς ἂν εἴη: & si succedat conatus, bene erit. deest enim redditio hæc, καλῶς ἂν εἴη. Hom. ἀλλ' εἰ μὲν δώσουσι γέρας μεγάθυμοι ἀχαιοί. deest παύσομαι, uel ἡσυχάσω. sed si dabunt honorarium magnanimi Achiui: subauditur, desinam, uel quiescam:

Εναλλαγή.

Omnes enallagæ, quarum sunt multæ, Atticorum sunt: & de his hactenus diximus.

Υπέρβατον.

ὑπέρβατόν est, perturbatio in casibus, seu uerbis, ut nonnihil primo intuitu ambigas de sensu, uel constructione. Vel quando adiectiuum paulo remotius à substantiuo suo collocatur. Et in summa, quando legitimus ordo constructionis non obseruatur: sed partes orationis procul, & quasi sparsim à se mutuò disponuntur, prout auribus fuerit iucundum. Quæ figura, cum efficiat orationem copiosam ac elegantem, Atticis est usitatissima. ut: D. Halacar. καὶ μηδεὶς ἡγήσηται παράδοξον, εἰ πολλῶν καὶ μεγάλων ὄντων θεωρημάτων περὶ τὴν ἐκλογὴν, ὑπὲρ ὧν πολὺς ἐγένετο φιλοσόφοις τε καὶ ῥητορικοῖς ἀνδράσι λόγος, ἡ σύνθεσις δευτέραν ἔχουσα χώραν τῇ τάξει, καὶ λόγων οὐδὲ πολλοῦ δεῖ τῶν ἴσων ἐκείνῃ τυχοῦσα, τοσαύτην ἰσχὺν ἔχει καὶ δύναμιν, &c. id est: Et nemo existimet absurdum, si multis ac magnis existentibus præceptis circa electionem, de quibus multus fuit philosophisque & rhetoricis uiris sermo, compositio secundum habens locum collocatione, ac rationes fermè pares illi acquirens, tantam uim habeat, & uirtutem. Et apud reliquos Atticos frequenter hunc reperies tropum.

Συναλοιφή.

Hac figura semper utuntur Attici ad uitandum uocalium concursum. gaudent enim in omnibus dictionibus contractione. Elidunt itaque simul & contrahunt. ut:

μοῦσιν

μοὔστίν	pro	*μοί ἐστίν*	*mihi est.*
πȣ̃στί		*πȣ̃ ἐστί*	*ubi est.*
θοἰμάτιον		*τὸ ἱμάτιον*	*uestimentum.*
ὤνθρωπος		*ὦ ἄνθρωπος*	*ô homo.*
τὠμῷ		*τῷ ἐμῷ*	*meo.*
τȣ̃μπαλιν		*τὸ ἔμπαλιν*	*è contrario.*
ȣ̔̓ρχομ' ἔχων, &c.		*ἔρχομαι ἔχων.*	*uenio habens.*

Et aliæ omnes dictiones, quæ terminantur, ac incipiuntur à uocalibus, sic patiuntur contractionem. Verùm, quomodo Attici hunc forment tropum in omnibus uocibus, suprà in libri primi fine dictum est copiosè.

Ad hæc notandum est, quòd per ὑφὲν contrahant dictiones quoque siue à uocali, siue consonante finientes ac incipientes. ut: Demosth. τὴνταχίστην, pro τὴν ταχίστην celerrimam. D. Halacar. καὶ ἄλλων τινῶν τοιȣτοτρόπων, pro τοιȣ́των τρόπων, & aliorũ quorundam huiusmodi. et sic alia innumera, qualia & ista, τὴναρχὴν, pro, τὴν ἀρχὴν, à principio. Nota.

ἐπιτοπλεῖστον	pro	*ἐπὶ τὸ πλεῖστον*	*ad summum.*
τοαποτȣ́τȣ		*τὸ ἀπὸ τȣ́τȣ*	*quod hinc.*
ταμάλιστα		*τὰ μάλιστα*	*maximè.*
τοπρῶτον		*τὸ πρῶτον*	*primum.*
τοπαραπολὺ, &c.		*τὸ παρὰ πολὺ*	*plurimum.*

πρόσθεσις.

ἄσταφις, pro σταφὶς, uua passa. ἄσταχυς, pro στάχυς, spica, &c. Sed hic tropus usitatior est reliquis linguis.

προσχηματισμός.

οὑτωσί, & οὑτωσὶν ante uocalem, pro οὕτως sic. οὑτοσί. pro οὗτος hic, οὐχὶ non, &c.

ἐπέκτασις.

δωχία pro δοχία conuiuium. ἠδυνάμην pro ἐδυνάμην poteram, & similia.

συγκοπή.

πέπρωται	pro	*πεπόρωται*	*fato præscriptum.*
ἄντεινον		*ἀνάτεινον*	*extende.*
κλάειν		*κλαίειν*	*flere.*
μύα		*μυῖα*	*musca.*
μητρυά, &c.		*μητρυιά*	*nouerca, & similia.*

ginta, nihil uetat, (teste Gaza) quo minus ultimum appellemus etiã ἕνην. Secũdus deinde dies post νουμηνίαν uocatur δευτέρα ἱσταμένου, id est secũdus instantis. tertius τρίτη ἱσταμένου, tertius instantis: et sic deinceps usque ad decimũ diem, post quẽ dicimus πρώτη ἐπὶ δέκα, id est primus supra decẽ, δευτέρα ἐπὶ δέκα, secundus supra decem. τρίτη ἐπὶ δέκα, tertius supra decẽ: & sic descendendũ eodẽ ordine usq; ad uigesimũ diem, qui dicit̃ εἰκάς, id est uigesimus. Post hunc ordo inuertit̃, & iuxta rationẽ lunæ sensim deficientis diminuitur etiã numerus, ut in hac tabula patet.

		Dierum. Numerus.		Appellatio.		
Calendæ.		1	α	πρώτη ἱσταμένου μηνὸς, uel νουμηνία.		
4.		2	β	δευτέρα	ἱσταμένου μηνὸς	γαμηλιῶνος. ἐλαφηβολιῶνος. μουνιχιῶνος. θαργηλιῶνος. ποσειδεῶνος, &c.
3.		3	γ	τρίτη		
Pridie nonarum.		4	δ	τετάρτη		
Nonæ.		5	ε	πέμπτη		
8.		6	ϛ	ἕκτη		
7.		7	ζ	ἑβδόμη		
6.		8	η	ὀγδόη		
5.		9	θ	ἐννάτη		
4.		10	ι	ΔΕΚΑΣ uel ΔΕΚΑΤΗ.		
3.		11	ια	πρώτη	ἐπὶ δέκα, uel ἐπὶ δεκάτῃ.	
Pridie idus.		12	ιβ	δευτέρα		
Idus.		13	ιγ	τρίτη		
18.	Calendas.	14	ιδ	τετάρτη		
17.		15	ιε	πέμπτη		
16.		16	ιϛ	ἕκτη		
15.		17	ιζ	ἑβδόμη		
14.		18	ιη	ὀγδόη		
13		19	ιθ	ἐννάτη		
12.		20	κ	ΕΙΚΑΣ.		
11.		21	κα	πρώτη	ἐπὶ εἰκάδι. uel sic	δεκάτη ι 10 (φθίνοντος.)
10.		22	κβ	δευτέρα		ἐννάτη θ 9
9.		23	κγ	τρίτη		ὀγδόη. η 8
8.		24	κδ	τετάρτη		ἑβδόμη ζ 7
7.		25	κε	πέμπτη		ἕκτη ϛ 6
6.		26	κϛ	ἕκτη		πέμπτη ε 5
5.		27	κζ	ἑβδόμη		τετάρτη δ 4
4.		28	κη	ὀγδόη		τρίτη γ 3
3.		29	κθ	ἐννάτη		δευτέρα β 2
Pridie s cal.		30	λ	ΤΡΙΑΚΑΣ, uel ἕνη καὶ νέα.		

 Nota,

Nota, si mensis habuerit plures dies quàm triginta, tum addebant post δεκάδα, hoc est, numerum denarium, ἐνδεκάτην undecimum: & deinde suo ordine progrediebantur rursus, πρώτη ἐπὶ δέκα, δευτέρα, &c. Declarandi causa hoc sit exemplum. Volo scire quomodo efferant Attici 22. diem Aprilis. quæro igitur statim hunc eundem numerum 22. in media columna numerorum ex ordine collocatorum: & eo inuento, uideo ex utraque parte directa quomodo & Græci, & quomodo Latini hunc enuncient diem. Græci enim, ἡμέρᾳ τῇ δευτέρᾳ ἐπὶ εἰκάδι μηνὸς τοῦ θαργηλιῶνος, uel ἡμέρᾳ τῇ ἐνάτῃ φθίνοντος μηνὸς τοῦ θαργηλιῶνος, appellant hunc diem 22. At Latini, decimo Calendas Aprilis, dicunt. Ad eundem modum & reliqui reliquorũ etiam mensium dies sunt inuestigandi. Et hæc de Atticorũ sermone, quo etiam utuntur sequentes populi, demptis paucissimis, ut sequetur.

Chalcidica dialectus.

ἀναπαυστῆρες apud eos sunt mallei fabrorum.

Tertia pluralis, in σαν Chalcidenses ac Bœoti faciũt tertiã personã pluralem in imperfecto, et utroque indefinito parẽ syllabis primę personę plurali, uertendo μεν ultimam eiusdem personæ in σαν. ut:

ἐτύπτομεν	unde	ἐτύπτοσαν	pro	ἔτυπτον		*uerberabant.*
ἐτύψαμεν		ἐτύψασαν		ἔτυψαν		*uerberarunt.*
ἐτύπομεν		ἐτύποσαν		ἔτυπον		*uerberarunt.*

Paulus Rom. 3. καὶ ἐδολιοῦσαν ταῖς γλώτταις αὐτῶν, & linguis suis dolose egerunt. Vbi ἐδολιοῦσαν est tertia persona imperfecti eiusdẽ linguę pro ἐδολιοῦν, & ἐδολίεον sine crasi, à δολιέω ago dolose. Sic & ἔδοσαν pro ἔδον nouerũt. ἐμάθοσαν, pro ἔμαθον didicerũt, ἤλθοσαν, pro ἦλθον uenerunt. & sic formant hi populi hanc personam semper.

ἐδολιοῦσαν. ἔδοσαν: ἤλθοσαν. ἐμάθοσαν.

Bœotica.

ἄχας, in crastinum significat apud Bœotos. Communiter uerò perendie.

βάσακες diuites. βάσραξ collum. βοιωτάρχης, magister equitum.

ἰώγα ego, pro ἔγωγε. Aristoph. Achar. ἰώγα ταῦτα πάντα, ego hæc omnia.

δεὺς seu δεὺ significat eis, Iupiter, seu Deus.

πλατυχαίτας, dicitur eis, qui propè habet domũ, uel agrum.

ἄεισος.

ὤριστος optimus, pro ἄριστος cōuertunt enim α in ω. Regula.

In prima declinatione simplicium efferūt genitiuum singu Prima declinatio.
larem per αο, mutando ου in αο: ex quo deinde pluralem genitiuū
efficiunt in αων, pro ων genitiuo communi. ut, ὁ ἑρμέας, τῶ ἑρμέαο
pro ἑρμέου. & τῶν ἑρμεάων, pro ἑρμεῶν, &c.

In secunda declinatione eodem modo genitiuū, sed tantum Secūda declinatio.
pluralē formant in άων. ut, ἡ ἡμέρα, τῶν ἡμεράων, pro ἡμερῶν, &c.

Quemadmodum à tertijs personis pluralibus præteriti imperfecti, ac utriusque indefiniti proprias faciunt personas Bœoti, et Chalcidici, tantùm ν finali conuerso in σαν, ut ostendimus modò: sic ijdem Bœoti formant ex primis personis singularibus in ην exeuntibus utriusque indefiniti passiui tertias personas plurales, ην in εν uersa. At in imperfecto, et indefinito secundo uerborum actiuorū in μι uocalem longam conuertunt in suam breuem, hoc modo: ην εν / in αν / ων ον

Primæ singularis		Hinc tertiæ Bœoticæ plurales		pro
	ἐτύφθην		ἐτύφθεν	ἐτύφθησαν
	ἐτύπην		ἐτύπεν	ἐτύπησαν
	ἐτίθην		ἐτίθεν	ἐτίθησαν
	ἵστην		ἵσταν	ἵστασαν
	ἐδίδων		ἐδίδον	ἐδίδοσαν.

Sic primæ singul.		Tertiæ Bœotic.		pro
	ἔθην		ἔθεν	ἔθεσαν
	ἔστην		ἔσταν	ἔστησαν
	ἔβην		ἔβαν	ἔβησαν
	ἔφην		ἔφαν	ἔφησαν
	ἔπτην		ἔπταν	ἔπτησαν
	ἔδυν		ἔδυν	ἔδυσαν
	ἔφυν		ἔφυν	ἔφυσαν.

Obseruatio.

Bœoti uertūt η in α semper in ijs dictionibus, in quibus Dores η seruant, & non mutant in α. ut: ἥρως dicunt Dores, non ἅρως: uidentes igitur Bœoti, quòd in hac dictione η Dores non mutant in α, sed seruant, conuertunt illi statim hoc η in α, ne conueniant in sermone cum eis, & pro ἥρως, dicunt ἅρως. & pro τέθνηκα (ubi Dores η quoque retinent) τέθνακα. pro πῆ ubi, πᾶ, &c. Atqui cum Dores mutauerint η in α, tum isti non permutabunt η. ut, pro ἡδὺς, aiunt Dores ἁδὺς, at Bœoti ἡδὺς, η seruato, & sic in alijs. η in α.

Cypria.

θρόνου uocant Cyprij uestem floridam, & insigniter uariegatam.

Cypriorum menses.

ἀφροδίσιος	Ianuarius
ἀπογονικὸς	Februarius.
αἰνικός	Martius.
ἰούνιος	Aprilis.
καισάρειος	Maius.
σεβαστός	Iunius.
αὐτοκρατορικός	Iulius.
δημαρχεξούσιος	Augustus.
πληθύπατος	September.
ἀρχιερεύς	October.
ἔστιος	Nouember.
ῥωμαῖος	December.

Pamphylia imitatur Atticos in loquendo, quemadmodum præcedentes nationes tres in reliquis omnibus loquendi modis.

FINIS LIBRI SECVNDI.

MARTINI RVELANDI DE IONICA LINGVA LIBER *Tertius.*



IONICA dialectus est, qua usi sunt Iones. Et dicta est Ionica ab Ione Ionũ duce, qui fuit Xuthi, uel (ut scribunt poetæ) Apollinis filius, natus ex Hellene, atq; Creusa filia Erechthei. Hic enim Ion hanc linguam, (quæ tum uidebatur eadẽ esse cum Attica, quemadmodum adhuc magnam cum eadem Attica habet communitatem) à seipso nominauit Ionicam, posteaquã commigrasset, & condidisset urbes 13. in solo alieno. Vrbes autem illæ sunt, Clazomenæ, Lebedus, Phocæa, Priene, Miletus, Mycale, Erythra, Tius, Samus, Colophon, Ephesus, Chius, Smyrna. Principiò igitur hęc lingua fuit appellata Cranaica, cum nempe Pelasgi adhuc Græciam tenerent: posteà Cecropica, à Cecrope rege: post quem cum successisset Erechtheus, nominata est Attica: & postremò Ione rege terram illam deserente, ac aliam inhabitante, Ionica est appellata, & tunc prioris uocis & sermonis sonus ac forma fuit commutata. Iosephus inquit, Iones esse dictos ab Iouan, uel Ioaon filio Iaphet, qui & Noë filius erat minimus natu. Fuerunt autem Iones omnium Græcorum primi. *Ionica quid? Vnde dicta.*

Autores, qui hac utunť dialecto, sunt, Homerus, Hesiodus, Herodotus Halacar. Hippocrates, Archilochus, Anacreon: & in his omnia, quę dicemus, copiosè reperies.

DE IONVM ORTHOGRAPHIA *& prosodia.*

A Longum conuertunt Iones in η. ut, Hom. ἥρητ᾽ ἀργείη, ϗ ἀθηναίη ἀγελείη: pro, ἥρατ᾽ ἀργεία, ϗ ἀθηναία ἀγελεία, Iunoq; Argiua, & Minerua prædatrix. Sic δημοσίη, pro δημοσία Respublica. πρῆγμα pro πρᾶγμα res, πραῢς pro πρηῢς, mansuetus, & cætera. *α lõgũ in η.*

α autem breue in η mutant Iones posteriores. ut, ἀληθείη pro ἀλήθεια, & similia his. *α breue in η*

α etiam in ε. ut, ὁρέω pro ὁράω uideo. χρέομαι pro χράομαι, utor, τέσσερα, pro τέσσαρα quatuor. *α in ε.*

α in ω. Item α in ω, quandoque conuertunt. ut Herod. ὤνθρωπε μὴ κτεῖνε Κροῖσον: pro, ἄνθρωπε, homo ne occide Crœsum. Idem, ὦναξ Ἡρά-κλεες. pro, ὦ ἄναξ, ô rex Hercules. Putat Corinthus mutare α in ω Iones tantùm in nominatiuis & uocatiuis, idque κατὰ συναλοιφὴν, per contractionem, sicut Attici. Nam & istis hæc figura συναλοιφὴ est familiaris. ut, Herodotus, πρὸς τὤγαλμα, pro τὸ ἄγαλμα ad statuam, &c. Sed ut mihi uidet, etiam extra συναλοιφὴν solēt α mutare nonnunquam in ω. ut, ὤριστον pro τὸ ἄριστον prandiū, quod si ex synalephe fieret, dicendū esset τὤριστον, non ὤριστον. & φωριαμὸς scrinium, pro φαριαμὸς arca.

η in α breue. η in α breue mutant. ut, μεμακυῖα, pro μεμηκυῖα obmutescens. λελασμένος oblitus, ἄλαστος, pro ἄληστος, inobliuiscibilis, &c.

αι in ηϊ. αι diphthongum dissoluunt sæpius, & in nominibus præcipuè: ac uertunt in η. ut, πηληϊάδης, pro πηλειάδης. ἱρήϊον, pro ἱερεῖον uictima. κληϊσθέντες, pro κλεισθέντες clausi.

ει in εα. ει quoque resoluunt in εα, idque in uerbis potissimum. ut, ποιέεσθαι, pro ποιεῖσθαι. ἐξελέεσθαι, pro ἐξελεῖσθαι, exilire, &c.

ε in α. ε in α conuertunt. ut, μέγαθος, pro μέγεθος magnitudo. τάμνειν, pro τέμνειν secare, &c.

ε pro ε. Ad ε addunt ι si sequitur eam uocalis, aut liquida. ut, εἵως, pro ἕως usquequò. κεινὴ, pro κενὴ uacua. ξεῖνος, pro ξένος hospes. ξείνια, pro ξένια hospitalia. εἰνάλιος θὴρ, pro ἐνάλιος, marina fera, & his similia.

ι pro ει. Subtrahunt ex dictionibus ι, idque frequenter ex ει diphthongo. ut, πονέεσθαι, pro πονεῖσθαι laborare. ἀπόδεξις, pro ἀπόδειξις demōstratio. δέξω, pro δείξω ostendam. ἐκτόρεος, pro ἐκτόρειος. χρύσεος, pro χρύσειος aureus, & hoc in omnib. faciunt possessiuis, alijsque uocibus compluribus assiduè subtrahunt ι ex ει.

υ pro ο. Ad ο semper υ apponunt. ut, κούρη, pro κόρη puella. νοῦσος, pro νόσος morbus. μοῦνος, pro μόνος solus. οὖρος, pro ὄρος mōs. οὔνομα pro ὄνομα nomen. οὐλόμενος, pro ὀλόμενος perdens, & alia sic omnia. Exceptis tamen substantiuis uerbalibus πόνος labor, φόνος cædes. non enim dicunt ποῦνος, φοῦνος, cum sint uerbalia, à πονέω laboro, & φονέω cædo.

οε } αο } in ω. οε & αο contrahunt in ω ut: Βόαξ Βῶξ. τὸ ἀγαθὸν, τὠγαθὸν dicūt. τὰ ὅπλα, τὦπλα arma, pro quo Attici θὦπλα.

ωυ diphthongum communem conuertunt in ων propriam ωυ in ων.
eis: & pro αὐτός, ὠυτός ipse. pro ἑαυτός, ἑωυτός idem. pro θαυμά-
ζω, θωυμάζω miror. pro θαῦμα, θῶυμα miraculum, & similia di-
cunt. οι in ες.

οι diph. commutant in ες. ut, Hom. ἐρίηρες ἑταῖροι, pro ἐρίηροι,
cõcordes socij. & ἐρυσάρματες ἵπποι, pro ἐρυσάρματοι, tractores ες in οι.
curruũ equi, υἷες, pro υἱοὶ filij, & similia. Contrà ες aliquando in
οι. ut, μάρτυροι, pro μάρτυρες testes. φύλακοι, pro φύλακες custo- εο in ευ.
des.

ε & ο commiscent in ευ diphthongũ. ut, Herod. ἐς τοῦτον ὁρέων
πίνετε, καὶ τέρπευ, pro τέρπεο, ad hunc aspiciens, bibeque & læta- ο in ευ.
re. πλεῦν pro πλέον plus.

Item ο in ευ mutant. ut, σεῦ, pro σοῦ. ἐμεῦ, pro ἐμοῦ. ποιεῦμαι, pro ιε in ι.
ποιοῦμαι, &c.

ι & ε, in ι longũ contrahunt. ut, ἱρεύς, pro ἱερεύς sacerdos. ἴραξ, π in κ.
pro ἱέραξ accipiter. αἱ πόλις, pro πόλιες ciuitates.

κ pro π utũtur semper in interrogatiuis, & relatiuis. ut, κόσα
pro πόσα quot. ὅκως, pro ὅπως quomodo. ὁκόσα, pro ὁπόσα quot. ὁκοῖα,
pro ὁποῖα quę. ὅκοι pro ὅποι quò. ὁκοῖος, pro ὁποῖος qualis, &c. Itẽ in
infinitis, κοῦγε, pro ποῦγε ferme, κῶς pro πῶς aliquo modo. οὔκω Pro σσ ξ.
pro οὔπω nondum, &c. uide Herodotum.

Duplex σσ uertunt in ξ. ut, διξά, pro δισσά duplicia. τριξά, pro
τρισσά triplicia.

φ χ θ in π κ τ

Pro aspiratis consonantibus utũtur frequẽter tenuibus, quo
fit ut ante asperum spiritum etiam perpetuò ponant tenues, pro
consonantibus aspiratis. ut, κιτών, pro χιτών tunica. βάτρακος,
pro βάτραχος rana. ἀχάντιον, pro ἀκάνθιον spicula. Sic ἀπίκω pro
ἀφίκω aduenio. οὐκ οἷός τε εἰμι, non possum, pro οὐχ οἷός τε. κατ' ὅ, pro
καθ' ὅ contra quem. ἐπεξῆς, pro ἐφεξῆς deinceps. ἀπ' ἧς, pro ἀφ' ἧς
de qua. κατάπτομαι, pro καθάπτομαι, ex κατά, & ἅπτομαι. ἀπαι-
ρεῦμαι, pro ἀφαιρεῦμαι, ab ἀπὸ & αἱρεῦμαι. προσδέκομαι, pro προσδέ-
χομαι expecto. Herod. ὀπίσω προσδέκεσθε, à tergo expectate,
& cætera.

Substituũt pro aspirata tenuẽ, & pro altera tenue (si adest) aspi-
ratam plerunque. ut: ἐνθεῦτεν, pro ἐντεῦθεν, hinc. ἐνθαῦτα, pro ἐνταῦθα
hic. ἀχάντιον pro ἀκάνθιον, &c.

ὁ cir-

Prima declinatio simplicium in ας.

Sing. ὁ αἰνέης, τοῖο αἰνείω & syncope αἰνέω, τῷ αἰνέῃ, τὸν αἰνέην, uel αἰνεία, ὦ αἰνέη. αι.

Dualis numerus non uariatur apud eos.

Plur. οἱ αἰνέαι, τέων αἰνείων, τοῖσι αἰνέῃς, uel αἰνέῃσι, τοὺς αἰνέας, & αἰνείας.

In ΗΣ. ει.

pro	τοῦ χρύσου τὸν χρύσην τῶν χρυσῶν τοῖς χρύσαις τοὺς χρύσας	dicunt	τοῖο χρυσέω. τὸν χρυσέα. τέων χρυσέων. τοῖσι χρύσῃς, & χρύσῃσι. τοὺς χρυσέας, & χρύσας.	

Reliqui casus ijdem cum lingua cõmuni. Et sic flectunt omnia huius declinationis nomina.

Secunda declinatio.

In α nomina declinant semper per η. mutant enim α in η. α.

Sing. ἡ μούση, τῆς μούσης, τῇ μούσῃ, τὴν μούσην, ὦ μούση. Dualis est eis communis. Plur. αἱ μοῦσαι, τέων μουσέων, τῇς μούσῃς, uel τῇσι μούσῃσι, τὰς μούσας, & μουσέας, ὦ μοῦσαι. hoc modo omnia in α flectes. at in η cõmuniter, nisi quòd pro τῶν τιμῶν, τέων τιμέων: & pro ταῖς τιμαῖς, τῇς τιμῇς, uel τῇσι τιμῇσι dicatur eis.

Finita in δα, θα, ρα, & α purum inflectunt. ut μούση, ueluti, ἡ ἡμέρη, τῆς ἡμέρης, τῇ ἡμέρῃ, &c.

Tertia declinatio.

pro	τοῦ λόγου τοῖν λόγοιν τοῖς λόγοις τῶν λόγων	semper dicunt	τοῖο λόγοιο τοῖιν λόγοιιν τοῖσι λόγοισι τέων λογέων	& sic alia.

Herodot. τουτέων ὧν τῶν ἀνδρῶν, pro τούτων τῶν ἀνδρῶν, ex his itaque uiris.

Quinta declinatio.

In hac declinatione nil proprij habent, nisi datiuum pluralẽ: quem formant in εσσι, ος genitiui conuerso in εσσι. ut,

ὁ αἴας, Aiax	τοῦ αἴαντος	hinc	τοῖσι αἰαντεσσι.
ἡ τρυγὼν, turtur	τῆς τρυγόνος		τῇσι τρυγόνεσσι.
τὸ βῆμα, gradus	τοῦ βήματος		τοῖσι βημάτεσσι.

N Ap-

Appendix.

Datiuis pluralibus finitis in ς, semper apponunt ι sine ν. Nunquam enim datiuis in ι, nec tertijs personis quorumcunq; uerborum in ι, uel ε adijciunt ν, siue sequatur consonans, siue uocalis, idq; propterea, quod omnino cõcursum uocalium amant. ut,

pro { τοῖς αἰνείαις, ταῖς μούσαις, τοῖς λόγοις, τοῖς δε, τοῖς αἴασι } illi, { τοῖσι αἰνείῃσι *uertunt enim* αις *datiui pluralis in* ῃς. τῇσι μούσῃσι, τοῖσι λόγοισι, τοῖσ δεσι *dicunt.* τοῖσι αἰαύτεοσι, *absq;* ν. *nam dicunt,* }

τοῖσι ἐκείνοισι αἰαύτεοσι ἔδωκε ωὐτός, illis Aiacibus dedit ipse.

Item { τύπτουσι, τύψουσι, τετύφασι, τετύπασι, ἔτυπτε, ἔτυψε, τέτυφε, τέτυπε, ἔτυπε, τίθησι } αὐτὸν, *uel* τοῦτον. { *uerberant, uerberabunt, uerberarunt, uerberarunt, uerberabat, uerberauit, uerberauit, uerberauit, uerberauit, ponit* } *ipsum, uel hunc.*

DE NOMINIBVS CONTRACTIS.

Obseruatio.

Contractorum nominum declinationes apud Iones nullę sunt. nam omnes has quinque declinationes cõtractas declinant absque contractione in quinta simplicium declinatione. omnia enim nomina, quæ cæteris linguis contrahuntur, illis solis usurpantur perpetuò incontracta in singulis casibus.

Secunda declin. contract.

Sed secunda declin. contractorum usitatissima est eis cõmuniter, & crasi uel sine crasi inflexa. Deinde habent & propriam huius declinationis nomina flectendi rationem. uertunt enim in obliquis ι in ε: faciuntq; crasim in datiuo singulari: nominatiuo, & accusatiuo duali: nominatiuo, accusatiuo, & uocatiuo plurali, sicut primæ declin. est crasis. ut,

Exemplum.

Sing. ὁ ὄφις, τοῦ ὄφεος, τῷ ὄφεϊ & ὄφει, τὸν ὄφιν, ὦ ὄφι.
Dual. τὼ & ὦ ὄφεε, & ὄφη, τοῖν ὀφέοιν.

Plur.

Plur. οἱ ὄφεις & ὄφεις, τῶν ὀφίων, τοῖσι ὀφίεσι, ὦ ὄφεις & ὄφεις. Sic flectunt ἡ πόλις, τὸ σίνηπι, τοῖο σινήπιος, &c. τὰ σινήπια, & σινήπη, &c. ut τὸ τεῖχος in prima declin.

Tertia declin contractorum.

In hanc declinationem inflectendo permutant ε in η: nec ullam admittunt contractionem: quemadmodum in alijs declin. sola dempta secunda, in qua quandoque faciunt crasin.

Exemplum.

Sing. ὁ βασιλεύς, τοῖο βασιλῆος, τῷ βασιλῆϊ, τὸν βασιλῆα, ὦ βασιλεῦ.

Dual. τὼ & ὦ βασιλῆε, τοῖιν βασιλήοιν.

Plur. οἱ & ὦ βασιλῆες, τῶν βασιλήων, τοῖσι βασιλεῦσι, & βασιλήεσι, τοὺς βασιλῆας.

Quarta delinatio.

Exemplum.

S. ἡ λητώ, τῆς λητόος, τῇ λητόϊ, τὴν λητῶ, ὦ λητοῖ, & λητοῖ. D. τὼ & ὦ λητώ, τοῖιν λητοῖιν. P. αἱ & ὦ λητοί, τέων λητῶν & λητέων, τῇσι λητοῖσι, τὰς λητούς. Sic flecte ἡ αἰδώς.

Quinta declinatio.

Omnia nomina huius declin. neutra sunt, & flectunt per τ communiter in declin. quinta simplicium: quam inflexionem planè retinuerunt Iones, nisi quod undique τ soliti sunt elidere, ut uocalium (quod illis est elegans) fiat concursus.

Exemplum.

Sing.	Ionicè	ας	αος	αϊ	ας	ας.	Dual.	αε	αοιν, & αοιϊν.
	cõmuniter	ας	ατος	ατι	ας	ας.		ατε	ατοιν.
Plur.	Ionicè	αα	αων	αεσι	αα	αα.			
	cõmun.	ατα	ατων	ασι	ατα	ατα.			

S. τὸ κέρας, τοῖο κέραος, τῷ κέραϊ, τὸ κέρας, ὦ κέρας.

D. τὼ & ὦ κέραε, τοῖιν κεράοιν & κεράοιϊν.

P. τὰ κέραα, τῶν κεράων, τοῖσι κεράεσι, τὰ κέραα. Sic τὸ κρέας, τοῖο κρέαος, τῷ κρέαϊ, &c.

Motio.

Adiectiuorũ in ος purum, & ρος finientium, fœmininum mouent in η, non α. ut,

ὁ ἅγιος sanctus, ἡ ἁγίη sancta, τὸ ἅγιον sanctum. ὁ πονηρὸς malus, ἡ πονηρὴ mala, τὸ πονηρὸν malum, &c.

Patronymica.

ιάδης. Patronymica in ίδης efferunt Iones per ιάδης, interposito α inter δη & ι. ut,

pro { κρονίδης, πελοπίδης, πηλείδης, πριαμίδης, &c. } dicunt { κρονιάδης. πελοπιάδης. πηλεϊάδης & ἐπεκτάσει πηληϊάδης, ε in η uer(so. πριαμιάδης, &c.

ων. Faciunt sibi propria quoque patronymica in ων, conuersione tantùm δης in ων. ut: κρονίδης, κρονίων. πελοπίδης, πελοπίων. πηλεΐδης & πηλέιδης, πηλεΐων & πηλείων.

DE VERBO BARYTONO ACTIVO

Obseruatio.

Raró praeteritis addunt augmentum: sed in omnibus idem cum praesenti relinquunt principium. ut,

{ τύπτω, τύπτον, τύφα raró, τετύφεα, τύψα, τύπον &c. } pro { ἔτυπτον, τέτυφα, ἐτετύφη, ἔτυψα, ἔτυπον } Et { τύπτομαι, τυπτόμην, τύμμαι raró, τύμμην, uel τετύμμην, τύφθην, τύπην, &c. } pro { ἐτυπτόμην. τέτυμμαι. ἐτετύμμην. ἐτύφθην ἐτύπην

Item { τύπτομαι, τυπτόμην, τύπα rarius, τύπεα raró, & τετύπεα, τυψάμην, τυπόμην } pro { ἐτυπτόμην. τέτυπα. ἐτετύπη. ἐτυψάμην. ἐτυπόμην.

Idem in omnibus alijs faciunt uerbis, ut Hom. τύπτε δὲ ἐπιστροφάδην, pro ἔτυπτε, uerberabat conuersim. ἄορι θῦνε, pro ἔθυνε, ense praecellebat. βῆ δὲ ὁ γέρων, pro ἔβη, iuit autem senex. θῆκε δ' ἐπὶ φρεσὶ θεὰ, &c. pro ἔθηκε, reposuit autem in mente dea. ξανθὰς δ' ἐκ κεφαλῆς ἕλε τρίχας, pro εἷλε, flauos ex capite traxit capillos. πάντες κ' αὖθ' ὄλοντο, pro ὤλοντο, omnes ibi perijssent. πηλεὺς τρέφεν ἐνδυκέως, pro ἔτρεφεν. Peleus nutriebat accuratè. σὸν θεράποντ' ὀνόμηνε, pro ὠνόμηνε, tuum clientem nominauit. ξεινήια δῶκα, pro δέδωκα, uel ἔδωκα, munera dedi. Sic δέχθαι, pro δεδέχθαι suscepisse. δεγμένος, pro δεδεγμένος susceptus.

Praeteri-

Præteritum imperfectum & utrunq; indefinitum.

Tertias personas singulares imperfecti & utriusq; indefiniti actiui omnium uerborum faciunt proprias à secundis singularibus eorundem temporum, ablato augmento ε, & in fine adiecta syllaba κε. at in circumflexis uerbis auferunt ex diphthongo finali subiunctiuam uocalem, deinde addunt κε. In μι autem uerbis longam uocalem ultimam commutāt in suam breuem, ut hic:

Ab		Faciunt		pro
	ἐτυπτες		τύπτεσκε	ἔτυπτε
	ἔτυψας		τύψασκε	ἔτυψε
	ἔτυπες		τύπεσκε	ἔτυπε
	ἵστης		ἵστασκε	ἵστη
	ἐτίθης		τίθεσκε	ἐτίθη
	ἐδίδως		δίδοσκε	ἐδίδω
	ἐζεύγνυς		ζεύγνυσκε	ἐζεύγνυ
	ἐβόας		βόασκε	ἐβόα
	ἐποίεις		ποίεσκε	ἐποίει
	ἐχρύσους		χρύσοσκε	ἐχρύσου
	ἔστης		στάσκε	ἔστη
	ἔθης		θέσκε	ἔθη
	ἔδως		δόσκε	ἔδω
	ἔδυς		δύσκε	ἔδυ
	ἔφυς		φύσκε	ἔφυ.

Plusquamperfectum.

Primam personam singularem actiui & medij formant per α in εα. ἴα, ειν in εα mutato: itidem tertiam sing. in ες faciunt uertentes ει in εε. in εε, ut:

Ex		Faciũt	
	ἐτετύφειν		ἐτετύφεα, & τετύφεα
	ἐτετύφει		ἐτετύφεε, & τετύφεε
	ἐτετύπειν		ἐτετύπεα, & τετύπεα
	ἐτετύπει		ἐτετύπεε, & τετύπεε.

Indefinitum secundum.

Indefinitis secundis addunt augmentum præteriti perfecti, hoc est, ad commune augmentum indefiniti secundi, (quod est ε) apponunt primam, & capitalem præsentis consonantem in omnibus uerbis; & retinet illud augmentum indefinitum secundum per omnes modos, & participia. ut,

τέτυπον	pro	ἔτυπον	Hinc	λελάχωσιν	pro λάχωσιν
τέτυπε		τύπε		sortiti fuerint	
τετύποιμι		τύποιμι		κέκλυθι	κλῦθι.
ἐὰν τετύπω		ἐὰν τύπω		audi	
τετυπέμεν, &		τυπεῖν		τετύκοντο	ἐτύκοντο
τετυπέειν				pararunt	
τετυπών		τυπών		ἐκλελάθοιτο	ἐκλάθοιτο
Sic τετυπόμην		ἐτυπόμην		oblitus fuisset	
τετυπέο, &c.		τυποῦ.		ἐκλελαθέσθαι	ἐκλαθέσθαι.
				oblitũ fuisse, etc.	

Futurum 2.

Futurum 2. circumflexum, efferunt illi soluto circumflexo.
Sing. τυπέω, (pro τυπῶ) τυπέεις, τυπέει.
Dual. τυπέετον, τυπέετον.
Plur. τυπέομεν, τυπέετε, τυπέουσι.

Subiunctiuus.

Tertijs personis singularibus omnium temporum, ac uerborum adijciunt in subiunctiuis σι ad finem. ut,

Pro	Dicunt
τύπτῃ	τύπτῃσι
τετύφῃ	τετύφῃσι
τετύπῃ	τετύπῃσι
τύψῃ	τύψῃσι
τύπῃ	τύπῃσι
τυφθῇ	τυφθῇσι
τυπῇ	τυπῇσι
ποιῇ	ποιῇσι
τιθῇ	τιθῇσι
θῇ	θῇσι
ἱστᾷ	ἱστᾷσι
στῇ	στῇσι
διδῷ	διδῷσι
δῷ	δῷσι.

Idem faciunt in alijs uerbis semper. at, ubi subiunctiuus desinat in ται, non idem. ut, ἐὰν τύπτηται, non τυπτῆσαισι.

Infinitiuus singulorum temporum, & uerborum.

Ex infinitiuis in ειν, ουν, & ναι cuiuscunꝗ generis constituũt sibi Iones duplices infinitiuos, quorũ alterũ habent communẽ cum Doriensibus, interponentes με ante ν: & uocalem (si adsit) subiunctiuam subtrahentes, & deinde ν finali apponentes αι diphthongum.

dipht. Ex his postea infinitiuis formant proprium, dementes saltem αι dipht. finalem. Postremò recipiunt adhuc alios infinitiu. in indefinito secundo & futuro 2. inserendo ε ante ειν finale, ut,

pro	Iones	Et
τύπτειν	τυπτέμεναι	τυπτέμεν
τύψαι	τυψέμεναι	τυψέμεν
τετυφέναι	τετυφέμεναι	τετυφέμεν
τετυπέναι	τετυπέμεναι	τετυπέμεν &
τυπεῖν	τυπέμεναι	τυπέμεν, & τυπέειν
τυπέσθαι	τετυπέσθαι	
τυπεῖν	τυπέμεναι	τυπέμεν, & τυπέειν
τυφθῆναι	τυφθήμεναι	τυφθῆμεν
τυπῆναι	τυπήμεναι	τυπῆμεν
χρυσοῦν	χρυσόμεναι	χρυσόμεν
ἱστάναι	ἱστάμεναι	ἱστάμεν
στῆναι	στήμεναι	στῆμεν
τιθέναι	τιθέμεναι	τιθέμεν
θεῖναι	θέμεναι	θέμεν
διδόναι	διδόμεναι	διδόμεν
δοῦναι	δόμεναι	δόμεν
εἶναι	ἔμεναι	ἔμεν

De uerbo passiuo & medio.

Secundas personas singulares omnium temporum, præter perfectum & plusquamperfectum, formant Iones à tertijs singularibus in ται uel το exeuntibus, tantùm τ sublato ex ται, uel το. ut,

A	Faciunt	pro
τύπτετε	τύπτεαι	τύπτῃ
ἐτύπτετο	ἐτύπτεο	ἐτύπτου
τύψεται	τύψεαι	τύψῃ
ἐτύψατο	ἐτύψαο	ἐτύψω
ἐτύπετο	ἐτύπεο	ἐτύπου
τυπεῖται	τυπεῖαι	τυπῇ
τύπτηται	τύπτηαι	τύπτῃ
ποιέεται	ποιέεαι, & ποιεῖαι	ποιέῃ
ἐποιέετο, &c.	ἐποιέεο, & ἐποιεῖο	ἐποιέου
τίθεται	τίθεαι	τίθεσαι
ἐτίθετο, &c.	ἐτίθεο	ἐτίθεσο

Prima persona pluralis in μεθα exit apud eos semper in μεσθα, inserto σ ante θα.

Vt	τυπτόμεσθα ἐτυπτόμεσθα τετύμμεσθα ἐτετύμμεσθα	pro	τυπτόμεθα ἐτυπτόμεθα τετύμμεθα ἐτετύμμεθα.
	τυφθησόμεσθα τυπησόμεσθα τετυψόμεσθα τυπτοίμεσθα, &c. ἐὰν τυπτώμεσθα, &c.	pro	τυφθησόμεθα τυπησόμεθα τετυψόμεθα τυπτοίμεθα τυπτώμεθα.

Et sic alia uerba in μεθα formant in μεσθα.

Perfectum & plusquamperfectum.

Tertias personas plurales præteriti & plusquamperfecti proprias faciunt à tertijs singularibus eiusdem temporis ante ται, uel το ponentes α: quod si præcesserit tenuis, uertent eam in aspiratam, si σ, in medij figuratiuam: si ρ, manebit: si longa uocalis, uel dipht. corripient eandem. ut,

Ex	τέτυπται λέλεκται πέπλησται πέφρασται ἔσπαρται πεποίηται	Faciunt	τετύφαται λελέχαται πεπλήθαται πεφράδαται ἐσπάραται πεποιέαται	uerberati dicti impleti dicti seminati facti	sunt.
	εἴρηται		εἰρύαται	custodierunt	
	κέκλειται κεχρύσωται τέθειται		κεκλίαται κεχρυσέαται τεθέαται	clausi inaurati positi	sunt.

Antepenultimam tamen diphthongum, & uocalem seruāt quandoque longam poeticè. ut, βεβλήατο, pro ἐβέβληντο iacti fuerant. κεχολώατο, pro ἐκεχόλωντο irati fuerant. δεδαίαται pro δέδαινται diuisi sunt, &c.

Optatiuus singulorum temporum.

Ex tertia quoque singulari optatiuorum formant Iones tertiam pluralem propriam, inserto α tantummodo ante το. ut,

Ex	τύπτοιτο	Faciunt	τυπτοίατο	pro	τύπτοιντο
	τύψοιτο		τυψοίατο		τύψοιντο
	τύψαιτο		τυψαίατο		τύψαιντο
	τύποιτο		τυποίατο		τύποιντο
	τυποῖτο		τυποίατο		τυποῖντο
	τυφθήσοιτο		τυφθησοίατο		τυφθήσοιντο
	τυπήσοιτο		τυπησοίατο		τυπήσοιντο
	τετύψοιτο		τετυψοίατο		τετύψοιντο
	ποιέοιτο		ποιεοίατο		ποιέοιντο
	τιθεῖτο, &c.		τιθείατο		τιθεῖντο.

De uerbo contracto.

Quemadmodum contractorũ nominum declinationes non sunt ab Ionibus receptę: (siquidem nulla contrahunt nomina) ita coniugationes uerborum cõtractorum nullę sunt apud Iones: sed omnia harum trium coniugationũ uerba flectunt absq; crasi ut τύπτω. aliequi tempora formant, ut istæ præcipiunt coniugationes. nempe in έω, & άω finita. μ. per ήσω. π. ηκα faciunt. at in όω. μ. ώσω. π. ωκα. *Notio.*

De in μι uerbo.

Omnia uerba quæ communiter reduplicantur per ι, Iones per ε reduplicant semper. ut, θνάω, τέθνημι, pro τίθνημι morior. *ε pro ι.*

τέθημι	pro	τίθημι	pono
ἕστημι		ἵστημι	sto
δέδωμι		δίδωμι	do
τέτλημι		τίτλημι	tolero.
ἕημι		ἵημι	sedeo
Et κεκάμω		κικάμω	laboro
τέτμω		τίτμω	seco
κέκλω, etc.		κίκλω	iubeo.

Præsens indicatiui.

Pro	τιθεῖσι	Dicunt	τιθέασι
	ἱστᾶσι		ἱστάασι
	διδοῦσι		διδόασι
	ζευγνῦσι		ζευγνύασι.

Expungunt uocalem subiunctiuam ex diphthong. aut ancipitem corripiunt, & interponunt deinde α.

εἰμὶ uerbum substantiuum.

pro	εἰμὶ	Dicunt	ἔω	sum
	ἐσμὲν		εἰμὲν	sumus
	εἰσὶ		ἔασι	sunt
	ἦν		ἔα, & ἦα	eram
	ἦ		ἔσκε	erat
	ἦσαν		ἔοσαν, & ἔσαν	erant
	ἔσῃ		ἔσεαι, & ἔσσεαι	eris
	ἐὰν ᾖ		ᾖσι	sit, uel fuerit
	εἶναι		ἔμεν, uel ἦμεν	esse
	ὢν		ἐὼν	ens
	ὄντα		ἐόντα	ens.

Sic,

pro	ἴσι	Dicunt	ἴασι	eunt
	εἶα		ἦα, ἦας, ἦε, &c.	iui, iuisti, iuit, &c.
	εἶσι		ἕχσι, & ἱᾶσι	mittunt
	ἧνται		ἥαται, & ἕαται	sedent
	ἧντο		ἕατο	sedebant
	εἶνται		ἕαται, & εἵαται	sedent
	εἶντο		εἵατο, & ἕατο	sedebant.

Cætera in uerbis communem apud Iones sequuntur rationem.

DE PRONOMINE.

ἐγώ.

pro	ἐμοῦ et	Dicunt	ἐμοῦ, ἐμεῖο, ἐμέο, & ἐμοῖο, mei
	μοῦ		μοῦ, μεῖο, μέο, & μοῖο
	ἡμεῖς		ἡμέες, nos
	ἡμῶν		ἡμέων, & ἡμείων, nostrum
	ἡμῖν		ἧμιν, nobis
	ἡμᾶς		ἡμέας, nos.

σύ.

pro	σοῦ	Dicunt	σοῦ, & σέο, & σεῖο, tui
	ὑμεῖς		ὑμέες, uos
	ὑμῶν		ὑμέων, & ὑμείων, uestrum
	ὑμᾶς		ὑμέας, uos.

ὅς.

pro	οὗ	Dicunt	ἕο, & εἷο, sui
	σφεῖς		σφέες, ipsi
	σφῶν		σφέων, & σφείων, ipsorum suorum
	σφίσι		σφῖν, suis ipsis
	σφᾶς		σφέας, ipsos, suos.

Pro

pro	οὗτος	Dicunt semper	ὅδε	hic
	αὕτη		ἥδε	hæc
	τοῦτο		τόδε	hoc
	ἐμαυτοῦ		ἐμεωυτοῦ	meiipsius
	σεαυτοῦ		σεωυτοῦ	tuiipsius
	ἑαυτοῦ		ἑωυτοῦ	suiipsius
	αὐτὸς		ὠυτὸς	ipse
	αὐτὴ		ὠυτὴ	ipsa
	αὐτὸ		ὠυτὸ	ipsum
	ἐκεῖνος, &c.		κεῖνος	ille.

Vtuntur etiam perpetuò pronomine, μιν, pro αὐτὸν, αὐτὴν, αὐτὸ, αὐτοὺς, αὐτὰς, uel αὐτά. est enim omnis generis hoc pronomen μιν apud eos, & utriusque numeri. Item οἱ, pro αὐτῷ, αὐτῇ, αὐτῷ semper usurpant. quemadmodum & σφίν, pro αὐτοῖς, αὐτοῖς, uel αὐταῖς. exempla undiq; sunt obuia *μίν. οἱ. σφίν.*

DE ADVERBIO.

ADuerbia in ως qualitatis proferunt per εως, si ueniant à nominibus in ης, quorum genitiuus est εος, crasi ους. ut, ἀληθέως, pro ἀληθῶς uerè, quia uenit ab ἀληθὴς, τοῦ ἀληθέος. Sic εὐσεβέως, pro εὐσεβῶς, religiose, & alia omnia. Verùm pro δικαίως καλῶς, non dicunt δικαιέως, uel καλέως, & cætera, quia non deriuantur ab in ης nominibus. *ως in εως.*

DE PRAEPOSITIONE.

PRo εἰς, ἐν, & pro πρὸς, ποτὶ, uel προτὶ utuntur semper cum ijsdem casibus, quos εἰς, & πρὸς communiter recipiunt. Et has præpositiones retinent non modò extra compositionē, sed etiam in cōpositione, dicentes, ποτιδέχομαι, pro προσδέχομαι expecto. ἐσβάλλω, pro εἰσβάλλω iniicio. ἔρχομαι ἐς σέ. & ἔρχομαι ποτί σε uenio ad te, &c. *ἐς, ποτὶ ποτί.*

DE SYNTAXI.

Obseruatiunculæ.

I.

MAsculinis uti, pro fœmininis, Ionum est. ut, μέλας ὢν ὁ ἕσπερος ἦλθεν, pro ἑσπέρα, niger uesper aduenit, pro uespera. Electra, τούτω φιλεῖν χρὴ, pro ταύτα, hos amare oportet, pro has. Item, ἄμφω τούτω τὼ ἡμέρα, pro ταύτα τὰ, ambos hos dies. Sed hoc etiam Atticum est. *Masculina pro fœminino.*

Nominatiuus pro genitiuo. II. Accipiunt nominatiuos, pro genitiuis. ut, οἱ δὲ δύο σκόπελοι, ὁ μὲν οὐρανὸν, &c. pro, τῶν δὲ δύο σκοπέλων. Duo scopuli, hic quidem cœlum: pro duorum scopulorum. Et hoc Atticis est peculiare.

Dualis, pro sing. uel plurali. III. Vsus dualis numeri, pro plurali, aut singulari freque͂s est apud eos, sicut apud Atticos.

Præpositiuus pro subiunct. IIII. Præpositiuis articulis utuntur pro subiunctiuis. ut, τὸν θέλω, pro, ὃν θέλω, quem uolo. τὴν θέλω, pro ἣν θέλω quam uolo.

Præposit. pro pronomine. V. Eundem articulum sumunt pro pronomine demonstratiuo frequenter. ut, ὁ γὰρ ἦλθε, pro οὗτος, hic enim uenerat. Item, τὸ ἐθέλει λέγειν, pro τοῦτο, hoc uult dicere. Sic ἡ, pro αὕτη. τὴν pro, ταύτην. τὸν, pro τοῦτον, &c.

Diuisio compositorum uerborum. VI. Composita uerba dissoluunt, ac interponunt aliquid. ut, λέων κατὰ ταῦρον ἐδηδώς, pro κατεδηδώς, Leo, qui de tauru͂ uorauit, pro deuorauit. κατὰ δ' ἔκτανεν Ἠετίωνα, pro κατέκτανε, inter autem fecit Eetionem, pro interfecit, &c.

ὦν interpositio. VII. Interponunt etiam frequenter inter præpositionem, & uerbum compositum ὦν coniunctionem suam Ionicam. ut, ἀπ' ὦν ἐδίδου, pro ἀπεδίδου, re igitur dabant; pro reddebāt. ἐξ ὦν εἷλον, pro ἐξεῖλον exemerūt. κατ' ὦν ἐκάλυψε, pro κατεκάλυψε occultauit. κατ' ὦν κόψας, pro κατακόψας, abscindēs. In his, alijsq; similibus ὦν interpositum semper abundat.

Infinitiuus pro imperatiuo. VIII. Vsurpant assiduè infinitiuos, pro imperatiuis. ut Homerus: ταῦτα μάλ' ἀτρεκέως ἀγορευέμεν, pro ἀγόρευε. omnia ualde uera narrare, pro narra. Et, πειρᾶν δ' ὥσπερ Τρῶες, &c. pro πείρα, experiri autem ut Troiani, pro experire. τανῦσαι, pro τάνυσον, extendere, pro extende. κεῖσθαι pro κεῖσο, iacere, pro iace, & alia infinita reperias apud omnes Ionicos scriptores.

τε, ὦν. VIIII. Τε, & ὦν, pro οὖν abundant apud eos in oratione. Herod. ἐπεί τε ἐγένοντο ταῦτα, pro, ἐπεί, postquāq; facta sunt ista, pro postquam. Item, οὐκ γὰρ ὦν ἐθέλει, pro οὐκ γὰρ ἐθέλει, non enim igitur uult, pro non enim uult. &, περὶ ὦν τεμεῖ, pro περιτεμεῖ circuncisio.

Pleonasmus. X. Articuli, aliorumq; pronominu͂ pleonasmus est Ionum proprius. ut, Polymn. εἰ μέν τι ἐνείη σφάλμα φέρον τῷ βαρβάρῳ, τὴν μὲν ἔλεγον οὐδὲν, ὁ δὲ τὰ εὐτυχέστατα ἐκλεγόμενος: si quid inerat quod fraudi esset barbaro, eoru͂ sanè dicebat nihil, ipse uerò maximè

fauſta eligens. in quibus ὁ, in ὁδὲ abundat, & ſignificat αὐτὸς: pro τὰ δὲ εὐτυχέστατα ἐκλεγόμενος, maximè uerò fauſta eligens. Et ἂν δὲ ταῦτα ὑποδύνειν οὐκ ἐθελήσῃς, σὺ δὲ πάντως στράτευμα ἀνάξειν, pro ἀλλὰ πάντως ἀνάξειν: ſi uerò hæc ſubire nō uolueris, tu uerò omnino exercitum reducere. pro, ſed omnino reducere. ubi σὺ pronomen abundat.

XI. Prępoſitiones ſæpe ponunt abſolutè, & quaſi aduerbialiter. ut, μετὰ δὲ, id eſt, poſtea uerò. καὶ πρὸς ἀνεπιστήμονες ἔσαν, & præterea inſcij erant. Sic πρὸς δὲ, & πρὸς ἔτι, præterea, amplius. Polym. ἐν δ' ἀρτέμιδος ἱρόν, ubi uerò Dianę templum erat. ἐν, pro ἐν ἐκείνῳ τόπῳ, uel ἐκεῖ, in illo loco, uel ibi. Et, διὰ πρὸ δὲ ἥσσαντο καὶ τὰ, &c. *Prępoſitiones abſolutæ.*

XII. Caſum referunt ad præpoſitionem, quæ cum uerbo adiuncto eſt compoſita. ut Homerus, ὤμοισιν ἐπείη, pro ἐπὶ τοῖς ὤμοις ἦν, humeris ſupereſſet, pro ſuper humeros eſſet. Et, ἕκτορα παραστάς, pro στὰς παρὰ τὸν ἕκτορα, Hectorem aſſiſtens, pro ſtans apud Hectorem. Et ἀπόζει τὴν χώρης, pro ὄζει ἀπὸ τὴν χώρης, redolet regionem, pro olet à regione.

XIII. ἐπὶ cum genitiuo motū ad locum ſignificat apud eos quoq; ſicut apud Atticos. ut, ἀποπλέοντες ἐπ' αἰγύπτου, denauigantes in Aegyptum. Sic ἀπῆλθον ἐπὶ τῆς ἀγορῆς, iuerunt ad forum, & cætera. *ἐπὶ cum genitiuo.*

DE VOCABVLIS IONVM PROPRIIS.

ἀδυνία, debilitas.	ἀναιρέω, uaticinor.
ἀφαρεὶ, ſtatim.	ἀντλεῖν, uaticinari, reſpondere.
ἀκουάζω, ſentio.	ἀνθρωπέη, humana pellis.
ἄλα, ſtercus.	ἀνόστεος, polypus piſcis.
ἀλία, congregatio.	ἀπάρχομαι, facio libamina, decerpo.
ἀλύκη, mœror.	ἀποτητότατος, infeliciſſimus.
ἀμιτροχίτων, diſcinctus.	ἀράσσω & ῥάσσω, per ferrū ſcindo, ſeco, prorſus abſcindo.
ἀναδέσμη, ornamētum capitis.	ἀρέσθαι, accipere, adipiſci.
ἀνακλίνω, aperio.	ἄρθμιος, amicus uerus, amabilis.
ἀνακύπτω, erigor ſpe, & recreor animo.	ἀῤῥωδέω, pro ὀῤῥωδῶ, uereor.
ἀναμάσσω, luo.	ἀσφιστερός, ambidexter.
ἀναποδίζω, eadem frequenter dico, & diligenter inquiro.	

 ἄχρις

ἄχρις, prorſus, per totum.

αὖτις, pro αὖθις, iterum.

ἀωκῶς, pro ἐπιμελῶς, diligenter.

ἀπαγινέειν, exportare, uel deportare.

ἀγινέειν, apportare.

ἀωκῶς ἔχειν, curare, curam habere.

ἀναπλῶσαι, pro ἀναπλεῦσαι, renauigare, redire.

ἄγειν, καὶ φέρειν, diripere, & populari hoſtiliter.

ἀντίξοοι, pro ἐναντίοι, aduerſarij.

αἱμασιαὶ, ſepta, paruus paries.

ἀτέοντες, nihil curantes.

ἀλεεινὴ χώρα, calida regio.

ἀλέα, calor, ut in locis apricis.

αὐδάζειν, uocem emittere, loqui.

ἀμείνονες αὐτοὶ ἑωυτῶν, ſeipſos uicerunt.

ἀπεματάισε, crepitum emiſit, infatuatus eſt.

ἀλέες, conferti.

ἀλίζεσθαι, & συναλίζεσθαι, colligi, ſeu congregari.

ἀλίη, cœtus.

ἀμβώσας, pro ἀναβοήσας, reclamans.

ἄση, moleſtia.

ἀσᾶσθαι, affici moleſtia, & dolore.

ἁδεῖν, & ἁνδάνειν, placere.

αἶνος, exiſtimatio.

ἀμοιβασία, diſceptatio, diſſenſio.

ἀπεςώ, abſentia.

ἀναγινώσκω, perſuadeo, doceo.

ἄρδις, pharetra, ferrum ſagittæ.

ἀμφιδέας, catenas, armillas.

ἀτιμότερος, inhonoratus.

ἀπηλικέστερος, ſenior.

ἀντιάζειν, pro πολεμεῖν, bellare.

ἄτρυτος, intolerabilis.

ἀπώσας, ſatisfaciens.

ἀσκήσας, exornans.

ἀπεπλίξατο, pro ἀπέφυγε aufugit.

ἄνω, κάτω· & κάτω, ἄνω, pro ἄνω καὶ κάτω, ſurſum atque deorſum.

βεβωμένα, celebria.

βλιμάζειν, pro ἐκθλίβειν, elidere.

βλακὸν, pro τρυφερὸν, delicatū.

βάρις, nauis, nauigiū Aegyptiacum.

γεωπεῖναι, id eſt, γεωργοὶ πένητες, pauperes agricolæ: & q̄ in terra eſuriunt ac egent.

γνωσιμαχεῖν, mutare ſententiam, & perpendere, utpote uires ſuas, quæ ſint inferiores aduerſariorum uiribus.

δημότης, popularis.

διαγωγὴ, ſtatio, uita.

διφθέρα, papyrus, liber.

δελφυωμένον, aſſimulatum.

διασφάγες, diſciſſa ſaxa.

διαβεβλημένος, illuſus, ſeu deriſus.

δωτίναι, munera, largitiones.

δωτίνην δοῦναι, dono dare.

δωτινάζειν, dona corrogare.

διφάσιον, geminum, duplex.

διαβάλλω, calũnior, insector, & fallo, & uerba do.
διασφὰξ, crepido rupium.
δίπτνα, cœtus triginta hominũ, qui simul cibum capiunt.
ἔγκαρ, cerebrum.
ἐγκάμων, molestus.
ἀδὴ, pro ἐπειδή.
ἑκάτερθεν, utrinque.
ἐνδήκεια, domus, ad quam uoluptatis causa diuertitur.
ἔμπης, tamen, omnino.
ἐνικλάω, infringo, reclamo.
ἐντίθημι induco in animum.
ἐξέχρησε, abunde sufficit.
ἐξημοιβά, alternata, permutata.
ἐξοπίσω, postea.
ἔπειτα, sane.
ἀποπωλέομαι, uersor.
ἀδαψιλεύω, abundanter quid facio. & sum magnificus & liberalis.
ἀποκεύσω, celabo.
ἐπίλαμπος, manifestus.
ἐπίκλησις, cognomentum.
ἀπονέμω, depascor.
ἀπαιτασός, accersitus.
ἀτρεφέως, accurate, fraudulenter, uehementer.
ἐπίσχεσις, prohibitio.
ἐπίφρων, prudens.
ἀμαρίη, latrina, stercus.
ἐπεξῆς, pro ἐφεξῆς.
ἄνευθεν, & ἄνευθε, & ἄνευθα, pro ἄνευ.
ἐπειὴ, cum, quando.
ἀπάς, semper dicunt, pro ἀπόν, participio præsenti.
ἐσό, semper, pro ἕως ὅ, quousque, donec.
ἀπτήδειος, pro ἐπιτήδειος, idoneus.
ἀπτηδειότης, aptitudo.
ἐνήκω, pro ἐνέγκω, fero, utuntur semper.
ἐκπλώσας, pro ἐκπλεύσας, nauigans.
ὀρώτα ⎫
εἰρώτα ⎬ interrogabat, per ει scribunt.
εἰρόμην ⎭
ἠχούσης, pro ἠχούσης, resonantis.
ἐκρέουσα, sanie madens.
ἐπίστιος, pro ἐποικός, familiaris, & ἐπίστιος, domesticus, & Iupiter.
ἠλινύω, quiesco.
ἐννοήσας, cogitans, qui cogitauit.
ἔμβολον, æs, uel rostrum appositum nauibus in prora.
ἐναγίζειν, inferias inferre, uel sacrificare mortuis.
ἀπιεικέστατον, modicum & bene habens.
ἐπάϊστος, manifestus.
ἔναρεις, milites armati.
ἐφεδρος, hæres secundus.
ἐγκατδύω, persequor.
ἀδήμιος, publicus.
ἔμυζε, pro ἐστέναξε, ingemuit.
ἐλατήρεια, pharmaca, quę imum uentrem purgant.
ἐνεκείρωσε, pro ἐνέδησε, alligauit.
ἐδιχώθη, in duo diuisum.

ἐυθυωρίη, rectitudo.
ἐμυλάσθη, occaluit.
ἐμπηδᾷ, appropinquat.
ἐκποπίως, enormiter, & præter opinionem.
ἐὐποχώτερον, fertilius.
γνώσας, pro γνοήσας, cum intellexisset.
γίνωτο in animo habebat.
γινεώσκασι, animaduerterunt.
ἐλλάμψεσθαι, pro ἐλλήψεσθαι, captum iri, uel oppressum iri.
ἐπίτεξ, uicina partui.
ἔρχομαι { φράσων / ἐρέων / λέξων } uenio dicturus.
Et in preterito ἦια λέξων, dicũt, ueni dicturus.
ἔλεγχα, quæ dicuntur, uel quæ sunt in fabula.
ἐπίπλα, supellex nõ alta, superficies.
ἐλιννύω, acquiesco.
εὐεστώ, bona constitutio.
εὖτ᾽ ἄν, pro ἐπειδάν, postquam, cum.
ζόη, uita. & ζωός, uiuus.
ζωάγρια, præmia soluta pro liberatione uitæ. Et
ζωγρεῖν uiuum capere, suscitare.
ζάν, Deus, seu Iupiter.
ζώπειον, molendinum.
ἤθεα, dicuntur eis loca, seu domicilia, in quibus uersabantur ipsi, uel aliæ animantes.
ἠμεκτέων, molestè ferẽs, offendor.
θυλέη, pro θηλέα, fœmina.
θηλέω, germino.
θρόνον, rosa.
θυμάλωψ, scintilla, carbo.
θυμβρεπίδειπνος, frugalis.
θωπεύματιον, assentatiuncula.
θορή, semen, σπέρμα.
θέρμωλή, febris.
θύσανοι, bullę, aut fimbriæ in clypeis & tunicis.
θάλαμος, lustrum, domus ferarum.
θείοσω, animo excido, uel furio.
ἴδμεν, pro ἴσμεν, seu ἴσαμεν, scimus.
ἰκμάς, uapor.
ἰκνεομένως, conuenienter, non officiosè, & ἱκνουμένως, non debitè.
ἰθαγενής, germanum, natiuum.
ἰθαγενεῖς, legitimi filij.
ἴθυς, recta linea.
κληηδών & κλεηδών, rumor, fama, omen.
κατακόπτω, nummum percutio.
κρέσσων, pro κρείσσων melior.
καταπροΐξομαι impunè aliquid ago, seu, gratis facio.
κόρυμβον montis præminentia.
κ πλάσθαι demulcere puellam, & sic conciliare, ut tandem ducas in uxorem.
καταγίζειν, igni cõsecrari, item immolare, sacrificare.
κορύνη, inflexum quoddam lignum.

κνύζημα,

κνύζημα, uagitus puerilis, lugubris uox.
κόσμος, ratio, ordo.
κὶν, uel κὶ, pro ἄν, ſemper utuntur.
κάρτα, id eſt, πάνυ, admodum, ualde.
κορδύνημαι, grauor caput. ſcribitur etiam, σκορδύνημαι.
κόλλιξ, eſt ſpecies panis rotundi, unde uenit κολλίκια, cruſtula.
κοὐ δὴ κοὐ atque etiam, tum etiam, tum.
κάμπτοντες, admittentes.
κόραΐζω, diripio, ſterno.
λάξις, diuiſio.
λωβάζομαι, cõtumelioſè improbor.
λωβητήρ, flagitioſus, perditus.
λέσχη, ſermo, colloquium. Item, locus publicus de fabulis & colloquio uulgi.
λιπαρίη, conſtantia, ſeu tolerantia.
λιπαρέω, duro, perſeuero.
λόγος, ſignificat eis quoque μῦθον, id eſt, fabulam.
ληΐζομαι, rapio.
λαισήια, parmæ, aut peltæ.
λαύρα, angiportum, uicus biuius.
λεύκη, dicitur eis morbus quidam per totum corpus.
λῖνος, cantilenæ nomen, uel lyræ chorda.
λύσις, inceſſus, & acceſſus.
λάξις, partitio, uel ſors.
μεμαώς, promptus.
μέζων, pro μείζων.
μέχρι, ſcribunt, non μέχρις, licet uocalis ſequatur.
μυστίλλω, diſſeco.
μύδρος, candens maſſa.
μελεδωνός, cuius curatio eſt, curator, uel curatrix.
μετεξέτεροι, quidam, aliqui, alij.
μᾶλλον τῶ ἱκνεομένου, magis quàm conueniret.
μῆνις, uehemens ira.
μεσύλλη, panis concauus.
μελεδαίνειν, curare, ſolicitũ eſſe.
μαρίλη, cinis.
μάλη, calor.
μαριλευός, aridorum fruticum carbo.
μίζια, pudibunda.
μῦθος, id eſt, λόγος, ſermo.
μὴ, non, negatiuam coniunctionem accipiunt pro μὴν completiua, ut Herodot. μὴ ἔχειν ἑλένην, habere Helenam.
μέγαθος, pro μέγεθος, magnitudo.
νέας, pro νῆας, naues.
νόμος, lex, & mores, inſtituta, & conſuetudinem, ac morẽ. Itẽ paſcua, & regio, & claſſis.
νόμαια, mores, & inſtituta.
νεοχμοῦν, nouare, recens mouere aliquid.
ξυνίω, audio.

ξεινίην, & φιλίην, & ὁμαιχμίην συνθέσθαι, & διαλύσασθαι, hoſpitium, & amicitiam, bellūq; coniungere, & diſſoluere.

ὁκοῖος, pro ὁποῖος.

ὅκως, pro ὅπως.

ὀργυιά, paſſus.

ὀρίγανον βλέπειν, toruis oculis intueri.

ὁσάτιος, quantus.

ὅτοισι, pro οἷς τισι, quibus.

ὅτου, & ὅτῳ, pro οὗ, & ᾧ

ὁρέω, pro ὁράω, uideo.

οὐκί, ſemper dicūt, pro οὐχί, uel οὐκ.

οὐδενόσωρα, nihil profutura.

οὐλότριχες, qui eſt criſpis capillis.

οὐδαμοί, id eſt, οὐδένες, nulli.

ὅτι μή, pro εἰ μή, niſi, præterq̃.

οἰχώκεε, pro ᾤχετο, proficiſcebatur.

οὐκ ἱκνεομένως, & οὐκ ἱκνουμένως, non debitè.

οὐλεῖν, id eſt, ὑγιαίνειν, ualere.

οὐλή, ſanum uulnus.

ὄσιρις, id eſt, διόνυσος, Bacchus.

οὕτω, ſcribunt ſemper, nō οὕτως.

πανστρατί, omnes ſimul.

παραβλώψ, ſtrabus.

πηλός, uinum. & κάπηλος, qui uendit uinum.

ποιμήν, & ποιμὴν λαῶν, rex, imperator.

πολλὸς, πολλή, πολλὸν pro πολύς, πολλή, πολύ regulariter ſemper utuntur.

πάρεξ, præterquam

περίξ, circum, uel circa.

παρακτῶσαι, introducere.

πρόκροσσοι, capita conſerta.

πρόκα, ſubitò.

πίσυνος, id eſt, πεποιθώς, fretus.

πέσσειν, coquere, & conficere.

ποταίνια, recentia.

παλύνω, inſpergo, madefacio.

πρόξενοι, dicuntur eis antiſtites ciuitatum, & curatores, & hoſpitij ſuſceptores.

πλίξ, gradus. & πλίγμα, ſaltus.

πεσσόμενα, aſſa, digeſta.

πρόχυσις, libatio.

πλέων, pro πλείων.

πρῆγμα, pro πρᾶγμα, res.

ῥηΐδιος, ῥηΐων, & ῥηΐτερος, ῥήϊστος pro ῥᾴδιος, ῥᾴων, ῥᾷστος.

ῥέφανον, dicunt raphanum.

ῥοικόν, uel ῥοιβόν, intrò nutans, & tortum, curuum.

σπέρχομαι, perturbor, irritor:

σχᾶν, ſoluere tenorem inſtituti, & deſinere. Item, deducere, relaxare. Idem χᾶσθαι.

σαγάρεις, ſcc ires, aut bipennes, aut aliud genus barbarici teli.

σαρκάζειν, tondere, uellere.

σπέρχειν, aduerſari, & offendi, & σπερχθείς, perturbatus.

συναμωρέειν, uaſtare, perdere.

συνάμωρος, noxius.

σκερτᾶν, contumelia afficere, ὑβρίζειν.

συρ-

σνεμαίζειν,purgare.

συμψήσας, qui contriuit, corri- puit.

σχοινοτενὲς,longum,& rectum.

σνεντὲν,dicitur apud eos, holus quoddam apio simile, uel ci bus,ex adipe,& melle.

σισύρα,barbarica uestis.

σινύπη, sordidarum ouium la- na,uel excrementum ouis.

σπαργᾷ, desiderat, & concu- piscit.

σαπρὸν, quod marcuit, marci- dum.

τοιόδε,hic,uel hoc tale.

τοιάδε,hæc,huiusmodi.

τε & καὶ, in oratione continu- ant,ut Attici.

τε,etiam apud eos abundat. ut, οἷός τε, pro οἷος. ἐπ' ᾧ τε, pro ἐφ' ᾧ,&c.

τὰ ἴδμεν,pro ἃ ἴσμεν, quæ com perta sunt,uel cognita. Est parenthesis Ionica.

τριφάσιον,triplex.

τετρῦσθαι,afflictum esse.

τῷ ἐόντι χρεωμένος, ueritate u- sus.

Et τῷ ἐόντι, reuera,& κατὰ τὸ ἐὸν,secundum ueritatem.

ταρσοὺς καλάμων, uocant areo- las arūdineas super quibus lateres arescunt.

τέλεος, & τελεῖος, τελέη, τέ- λεον, perfectum, confirma- tum, euidens.

τὰ τέλεα τῶν προβάτων,grandes o- ues.

τέλη,impensæ,& ordines.

τετραπτερυλλίδες, dicuntur a- pud eos locustæ, eo quòd quatuor habeant pennas, duas maiores extrà,& intus alteras duas minores.

τάμνω,pro τέμνω, seco. Sic διατάμνω disseco,&c.

τὠυτὸ, pro τὸ αὐτὸ,idem,tale,hu- iusmodi,idem ipsum.

ὕβρις,petulantia,& lasciuia.

ὑβρίζειν,lasciuire,insultare.

ὑγιηρὸς,sanus.

φάλαρα, tegumenta circum ma xillas. Et equorum orna- menta.

φαρὸς,portio,fragmentum.

φὼρ,fur.

φρέγγυος, id est,δυνάμενος, suf- ficiens confirmator.

φρενήρης,compos mētis & pru dens.

φάρμακα,colores.

φαρμακεύειν,tingere.

χρᾶν,respondere,oraculum red- dere.

χλῶες, bestiolæ, quæ nascuntur in caprificis.alij ψῆνας nomi nant, & esse dicunt bestio- las, quæ nascuntur in gros- sis.

ὦν,pro οὖν semper utuntur.

DE FIGVRIS IONVM.

ἀφαίρεσις.

ἀφαίρεσις. AVferunt à principio dictionum initiales consonãtes, & initiales uocales. ut,

εἴβειν		λείβειν	libare.
αἶα		γαῖα	terra.
εἰνός	pro	δεινὸς	grauis.
νόει		ἐνόει	cogitabat.
κεῖνος		ἐκεῖνος	ille.
ὀρτὴ, &c.		ἑορτὴ	festum.

παρένθεσις.

παρένθεσις. Hæc frequẽter apud eos fit in prima nominis syllaba, in qua litera aliqua assumitur. ut,

εἵνεκα	causa		ἕνεκα	μοῦνος, solus		μόνος.
εἴσω	intra	pro	ἔσω	οὖλος, totus	pro	ὅλος.
εἴνατος	nouus		ἔνατος	πνείοντες, spirantes		πνέοντες, &c.

Idipsum fit in medio quoq; ut ὀβρίγδουπος, pro ὀβρίδουπος, obstreperus. ὑμείων, ὑμέων. σοφείων, σοφέων, sapientum, &c.

ἔλλειψις.

ἔλλειψις. Abijciunt uocales de medio dictionum, non facientes syllabam. ut, ἄμυξαι, pro αἰμύξαι, cruentare, seu laniare.

συγκοπή.

συγκοπή. Auferunt etiam integras syllabas ex dictionum medio. ut, οἶμα, pro οἴμημα, impetus. κάμμορος, pro κακόμορος, infortunatus. ἔξαιτος pro ἐξαίρετος præcipuus. βέβαμεν, pro βεβάαμεν, iuimus. δέγμενος, pro δεχόμενος, suscipiẽs. Vbi notabis, si duę diuersæ, maleq; sonantes concurrant consonantes, syncope facta, tum prior consonans uertetur, ut plurimum in posteriorẽ, aut in suam cognatam. ut, κακόμορος, sublata κο, fit κάκμορος, sed κ præcedens propter sonum durum commutant in μ posterius, & pro κάκμορος, dicunt κάμμορος. Sic καδδὲ, pro κατὰ δὲ, seu κατ δὲ. ἀνώχθη, pro ἀνώγθη, seu ἀνώγηθη, exempto η, &c.

Fit aliquando syncope apud illos duarum syllabarum. ut, δευκαλιωνίδης, pro δευκαλίδης, Deucalides.

παρέκτασις.

παρέκτασις Abundant etiam Ionibus syllabæ in dictionum medio. ut, ἀδελφειός, uel ἀδελφηός, pro ἀδελφός, frater. ἐτήτυμος, pro ἔτυμος, uerus, &c.

διαί-

διαίρεσις.

Semper utuntur diuiſione per omnes orationis partes. ut, νόος, pro νοῦς mens. ἤδεε, pro ᾔδει nouerat. βέλεος pro βέλους te- lum, &c. διαίρεσις.

συναλοιφή.

Eadem ſynalœphe omnino utuntur qua Attici. ut, τοὔνομα, pro ὄνομα nomen. ὤνθρωποι, pro οἱ ἄνθρωποι homines. τὠγαθόν, pro τὸ ἀγαθόν. τῳεόντιγε, pro ἐοντί γε, &c. συναλοιφή.

ἀναδίπλωσις

Reduplicatio Ionum eſt propria. ut, λελάχωσι, pro λάχωσι, ſor- tiantur, &c. ἀναδίπλω- σις.

ἄρσις.

Et ſublatio ipſorum eſt propria. ut, βλημένος, pro βεβλημένος percuſſus. ἄρσις.

συστολή.

Correptio Ionum eſt, quemadmodum productio Attico- rum. ut, συστολή.

ῥόχθει δὲ μέγα κῦμα ποτὶ ξερὸν ἠπείροιο;
Obſtrepebat autem magnus fluctus ad ſiccam continentem.
Vbi ξερὸν, pro ξηρὸν eſt poſitum per ſyſtolem η in ε.

προσχηματισμός.

Abundat ſemper apud eos in fine datiuorum pluralium ι, ut, θεοῖσι, pro θεοῖς Dijs. σοφοῖσι, pro σοφοῖς ſapientibus. μούσαισι, pro μούσαις, &c. προσχηματι- σμός.

ἀποκοπή.

ἀποκοπαὶ uerbi ſubſtantiui cum præpoſitione aliqua iuncti, ſunt Ionicæ. ut, ἔνι, pro ἔνεστι. μέτα, pro μέτεστι. πάρα, pro πάρεστι, & cætera. Homerus, πὰρ' ἔμοιγε καὶ ἄλλοι, pro πάρεισιν, adſunt mi hi & alij. ἀποκοπή.

παρέμπτωσις.

Et hæc Ionum eſt propria. ut, λεγόμεσθα, pro λεγόμεθα dici- mus. παρέμπτω- σις.

διπλασιασμός

Geminant frequenter conſonantes, utpote σσ, ττ, ππ, & ſimi- les. ut, ὅττι κεν εἴπω, quoniam dicam, pro ὅτι κ.ε. ὅσσον, pro ὅσον quan- tum. τόσσον, pro τόσον tantum. ὅππως, pro ὅπως ut, &c. διπλασια- σμός.

παρέλλειψις.

Prætermittunt etiam unam geminatarum conſonātium. ut, κάλιον, pro κάλλιον melius. παρέλλει- ψις.

μετάθεσις.

μετάθεσις. Transponunt unius syllabę literas, capientes secundam pro prima, & primam pro secūda. ut, ἀταρπιτὸς, pro ἀτραπιτὸς uia. κραδία, pro καρδία cor. κρατερὸς, pro καρτερὸς fortis. πίτρατον, pro πίταρτον, &c.

ὑπέρθεσις.

ὑπέρθεσις. Differt μετάθεσις ab ὑπερθέσει, superpositione. Nam μετάθεσις in una eademq; fit syllaba: ὑπέρθεσις autem in posteriore syllaba. ut, νοθαῖος fit καθ' ὑπέρθεσιν, ὀθναῖος. Et γόνυ, γόννος, καθ' ὑπέρθεσιν γουνός. δόρυ, δόρυος, & ὑπερθέσει, δουρός hasta.

ἐναλλαγή.

ἐναλλαγή. Assumunt quoq; literam pro litera. ut, ποτί, pro πρὸς ad. πθὰ μῶν, pro πθέμων. ὄκως, pro ὅπως. & δεῦρω, pro δεῦρο huc. ξερὸν, pro ξηρὸν aridum, &c.

τμῆσις.

τμῆσις. Disiungere atq; diuidere dictiones compositas, Ionicū est prorsus. ut, πέλοπος νῆσος, Pelopos insula, pro πελοπόννησος, Pelo ponnesus. &, αἶγα ἄγριον caprā syluestrē, pro αἴγαγρον capream.

ἔλλειψις.

ἔλλειψις. Ἔλλειψις partium orationis Ionibus est propria cum Atticis quoq;. ut, αὐτὸς ἐδωκεν ἐμοί, deficiente ἀπό. τοῦδε ἐποίησε, deest ἄνεκα.

ἀναστροφή.

ἀναστροφή. Præpositiones, aliasq; dictiones, quæ in oratione deberent præcedere, postponūt semper suis nominibus. ut, ὀρνιθῶν ὡς, pro ὡς ὀρνιθῶν, aues ceu, pro ceu aues. ᾧ ἔπι πόλλ' ἐμόγησα, præ ἔπι ᾧ, quo in multum laboraui, pro in quo. ἀνθρωπηίης πέρι, pro περὶ ἀνθρωπηίης. Et τότε δ' ἤδη ἔχει κατὰ, &c. pro κατέχειν, tunc iam obti nere, &c.

ὑπέρβατον.

ὑπέρβατον. αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ τε σκόλοπας, καὶ τάφρον ἔβησαν, pro διέβησαν, sed postquam transq; palos, & fossam iuerunt, pro transierunt.

THESSALICA LINGVA.

DIximus suprà, Thessalos communem loquendi formam habuisse cum Ionibus, atque Doribus. nisi quod tantùm uocatiuos accipiant pro nominatiuis, more Atticorum. alioqui inter se conueniunt.

Item,

Item, ἀΐτης, dicitur illis, amasius, qui amatur. θρόνον, animal uarietate distinctum, & maculosum.

FINIS LIBRI TERTII.

MARTINI RVELANDI DE DORICA LINGVA LIBER *Quartus.*



Orica dialectus est, qua usi sunt Dores, postquam migrarũt in loca quæ sunt circa Parnassum, & Asopum. Dicti sunt autem Dores, à filio Deucalionis, & Pyrrhę. Vel (ut alij) à Doro Neptuni filio, qui in illa Græciæ parte regnauit. *Dores unde*

Autores & huius linguæ scriptores sunt, Tarantinus Architas, Theocritus, Bion, Callinus, Pindarus, Simonides, Bacchylides, Cypselas, Alcman, & Sophron.

QVAE SIT ORTHOGRAPHIA, ET *Prosodia apud Dores.*

Diphthongum ου semper mutant aut in ω, si ου non ueniat ex contractione. ut: pro μοῦσα, βουκόλος, &c. dicũt μῶσα, βωκόλος, bubulcus. & hoc in alijs quoque semper faciũt nominibus. Aut in ευ, si ου proueniat ex crasi: q̃d fit in nominibus, uerbis, & participijs circumflexis. ut, δημοσθένεος, crasi δημοσθένους, & Doricè δημοσθένευς. ποιέονται, crasi ποιοῦνται, Doricè ποιεῦνται, ποιέουσα, ποιοῦσα, & ποιεῦσα, &c. Idipsum fit in futuris uerborum mediorum, quæ futura Doricè sunt circumflexa. ut, τύψομαι, Doricè τυψοῦμαι, & τυψεῦμαι, ου in ευ. κείσομαι, κεισοῦμαι, & κεισεῦμαι iacebo, & cætera. *ου in { ω, ευ, οι.*

Aut denique mutant in οι, id quod faciunt in participijs fœmininis barytonorum uerborum, temporis præsentis. ut, ἡ τύπτουσα, Doricè ἁ τύπτοισα. ἡ ποιέουσα, ἁ ποιέοισα, &c.

η in α longum semper conuertunt, etiamsi duo η η fuerint, aut plura. ut, *η in α.*

Pro	ἥλιον	Dicunt	ἅλιον	*sol*	*Si autem η ponatur significatiuè in ultima sylla-*
	σελήνη		σελάνα	*luna*	*ba, tum rarò mutant. ut,*
	πηγὴ		παγὰ	*fons*	*ἀνὴρ uir. Et ἐὰν τύψῃς*
	ἀνήοσητοι		ἀνάοσατοι	*uicti*	*τύψῃ, &c.*
	ἡμέρα		ἁμέρα	*dies*	

Libe-

Nota. Liberum est apud Dores subscribere ι, uocalibus α, η, ω, uel non subscribere. ut, τῷ σοφῷ, uel τῶ σοφῶ. τῇ δίκῃ, uel τῆ δίκη, &c.

ω in α. ω in α uertunt. ut, μωσᾶν, pro μωσῶν. θυρᾶν, pro θυρῶν ianuarum. θεᾶν, pro θεῶν Dearum, &c.

ει in η. ει diphthongum in η mutant. ut, ἰδῆν, pro ἰδεῖν, uidere. λαβῆν, pro λαβεῖν accipere.

εο, εϋ in ευ. ε & ο contrahunt semper in ευ. ut, πολεῦ, πολεῦς. δημοσθένευς, θένευς.

θ pro δ sæpe capiunt. ut, ὠθὲ, pro ὠδὲ. ὠθὲν, pro ὠδὲν. ὠθενῶ, pro ὠδενῶ contemno.

ε in α. α, pro ε utuntur sæpe. ut, ἅτερος, pro ἕτερος alter. ἄρταμις, pro ἄρτεμις, Diana.

ο in οι. ἰω, interponunt ι. ut, ποιτὲ, pro ποτὲ quandoque. πνοιὴ pro πνοὴ flatus, & cætera.

θ in σ. σ in τ. σ, pro θ. ut, σιός, pro θεός Deus. Et σ in τ. ut, φατί, pro φασί, & alia infinita.

αι in ε. ι, semper auferunt ex dictionibus: ut, τύπτεν, pro τύπτειν. λαβεν, pro λαβεῖν. Id quoque semper faciunt in materialibus, seu possessiuis. ut, ἀργύρεος, pro ἀργύρειος argenteus. χρύσεος, pro χρύσειος aureus.

ῶς in ως penacutum. Aduerbia qualitatis scribunt penultima acuta semper. ut, κάλως, σόφως, κόμψως, ἅπλως: pro καλῶς pulchrè, σοφῶς sapienter, κομψῶς comptè, ἁπλῶς simpliciter, & sic alia, quæ communiter sunt περισπώμενα, proferunt. At quæ communiter sunt παροξύτονα, efferunt illi περισπωμένως. ut, οὕτως, πάντως, &c. illi οὑτῶς, παντῶς dicunt.

In οι, penacuta. Nominatiui plurales in οι desinentes omnes in penultima apud eos suscipiunt tonum. ut, ἀνθρώποι, φιλοσόφοι, σόφοι, λευκίνοι, pro ἄνθρωποι, φιλόσοφοι, σοφοὶ, λευκινοὶ, &c. Idem faciunt in participiis finitis in οι. ut, ποιουμένοι, πωλουμένοι uendentes, τυπτομένοι, &c. pro ποιούμενοι, πωλούμενοι, τυπτόμενοι.

in ες. Similiter nominatiuos plurales in ες fœmininorum acuunt in penultima, non circunflectunt. ut, γυναῖκες, χεῖρες, νᾶες, ὀρνίθες, & cætera, pro γυναῖκες mulieres, χεῖρες manus, νᾶες naues, ὄρνιθες aues.

in αν. In αν personas tertias plurales indefinitorum penultimà scribunt acuta. ut, ἐτύψαν, ἐστάσαν, ἐφάσαν, ἐλύσαν, ἐδέραν, ἐκράξαν, etc. pro

pro ἔτυψαν, ἔστησαν, ἔφησαν, ἔλυσαν, ἔδειξαν excoriarunt, ἔκραξαν clamarunt.

Item in ον desinentes penultimam acuunt. ut, ἐλάβον, ἐτρέχον, ἐφάγον, ἐτύπον, &c. pro ἔλαβον acceperunt, ἔτρεχον cucurrerunt, ἔφαγον comederunt, ἔτυπον uerberarunt. In ον.

Accusatiuos in ας cuiuscunque declinationis corripiunt ultimã. ut, νύμφας, κρήνας, μῶσας, &c. pro νύμφας, κρήνας fontes, μούσας. In ας.

Item, participia in ας. ut, νοήσας, πράξας: pro νοήσας, πράξας.

Hæc circumflectunt, παιδῶν, τρωῶν, παντῶν, pro παίδων, τρώων, πάντων. Item ὁμοῖος, sicut Attici.

Ex barytonis uerbis faciunt circumflexa, ut Attici: & penultimam, si est breuis, producunt. ut, στρέφω uerto, στρωφῶ dicũt. νέμω pasco, νωμῶ. πέτω, πωτῶ uolo, &c. Theocrit. πωτῶντο ξουθαὶ πὰρ πίδακας ἀμφὶ μέλισσαι, circũuolabant flauæ ad fontes apes. Circumflexa pro barytonis.

Primæ coniugationis uerborum circumflexorũ indefinita passiua corripiũt in penultima per omnes modos, et participia. ut, ἐποιέθην, ποιέθητι, ποιεθῆναι, &c. pro ἐποιήθην, ποιήθητι, ποιηθῆναι. Theocr. οὕτω καὶ νύμφας γαμεθεῖσ' ἀχέοιτο: pro γαμηθεῖσα. Sic & Nympha nupta tristaretur. ε pro η.

ARTICVLI DORISMVS. Articulus.

Pro			Semper dicunt	
	τοῦ			τῶ, uel τοῦ
	τῷ			τῷ, uel τῶ sine iota
	οἱ			τοὶ
	τοὺς			τὼς
	ἡ			ἁ
	τῆς			τᾶς
	τῇ			τᾷ, uel τᾶ. negligunt enim subscriptionem τοῦ ι.
	τὴν			τὰν
	αἱ			ταὶ
	τῶν			τᾶν
	ταῖς			τᾶσι quandoque.

NOMINIS DORISMVS.

In prima declinatione, pro		Dicunt		
	αἰνείη		αἰνεία	Prima declinatio.
	αἰνειῶν		αἰνειᾶν	
	χρύσης		χρύσας	
	χρύσην		χρύσα	
	χρύση		χρύσα & χρύσεα	
	χρύσην		χρύσαν	
	χρύση		χρύσα	
	χρυσῶν		χρυσᾶν.	

In secunda declinatione, pro	μούση	Dicunt	μοῦσα & μοῦσα
	μουσῶν		μωσᾶν
	μούσαις		μώσαισι
	τιμή		τιμά
	τιμῆς		τιμᾶς
	τιμῇ		τιμᾷ & τιμᾶ
	τιμήν		τιμάν
	τιμαί		τιμαί
	τιμῶν		τιμᾶν
	τιμαῖς		τίμαισι, sed rarius.

Tertia. In tertia declinatione genitiuum singularem faciunt semper per ω. Et accusatiuum pluralem per ως, & ος. ut, τῶ θεῶ, pro τοῦ θεοῦ, τὼς θεὼς, uel θεός, pro τοὺς θεούς.

Appendix prima.

Datiuis pluralibus terminatis in σ, apponunt ι, quemadmodum Attici & Iones. ut,

Pro	τοῖς αἰνέαις	Doricè	τοῖσι αἰνέαισι
	ταῖς μούσαις		ταῖσι & τᾶσι μούσαισι, & μούσαισι
	τοῖς λόγοις, &c		τοῖσι λόγοισι.

In declinationibus contractis.

Pro	δημοσθένεος	Dicunt	δημοσθένους, uel δημοσθένες
	βασιλέος		βασιλοῦς
	βασιλέα		βασιλῆ
	βασιλεῦσι		βασιλέεσι.

Appendix secunda.

Genitiuū, & datiuū singularē frequenter formāt à nominatiuo, ablato tantùm σ nominatiui. ut, αἴας, τοῦ αἴα, τῷ αἴα, &c. pro τοῦ αἴαντος, τῷ αἴαντι. Sic ὁ τρεῖς trinitas, τοῦ τρῆ, τῷ τρῆ. Et ὁ καμῦς, τοῦ καμῦ, τῷ καμῦ, τὸν καμυῶ, &c. Hinc ὁ ἰησοῦς, τοῦ ἰησοῦ, τῷ ἰησοῦ, &c.

Appendix tertia.

Ex obliquis casibus nominū quintę declin. q̄ flectunt per δ, aut τ, auferūt idipsum δ, aut τ, sicut Iones. ut, ὁ πάϊς, τοῦ πάϊδος, et Doricè πάϊος, τῷ πάϊ, &c. Itē, τὸ κέρας, τοῦ κέρατος, Doricè κέραος &c.

VERBI DORISMVS.

